Nella prima parte delle *Operette spirituali* del B. Alfonso de Liguori troverete questa visita per tutti i giorni del mese. Nel Sabato, se volete farla più lunga, servitevi del *Mondo Santificato*; e la troverete nel principio della 2^a parte. Dopo questo farete un'ora, e mezza, o più di studio. E poi vi tratterrete per tutto il rimanente del tempo a meditare le massime eterne; avendo la mattina meditato la Passione di Gesù Cristo. Questo, e la mattina sono i tempi proprii per un tal esercizio; perché la mente sta più chiara, e senza fumi di cibo. Diceva il P. Granata, che essendo noi inclinati sempre al male, è necessario che due volte al giorno, cioè la mattina, e la sera raddrizziamo i nostri affetti a Dio, acciocché questi declinando non ci tirino ad offenderlo. Scrisse S. Gregorio Nisseno, che siccome l'orazione della mattina serve per infervorarci al bene operare, così l'orazione della sera serve per fortificarci, e custodirci nella notte dalle insidie del demonio, *oratio est dormientium custos, et vigilantium fiducia*. Orat. 1, de orat. L'orazione è un armario di saette contro i nostri nemici. Se essi ci mandano dardi infocati di tentazione per abbatteci; noi coll'orazione rimandiamo loro luminose saette di santi pensieri, e così li mettiamo in fuga. Narrasi nelle vite degli antichi Padri dell'eremo che l'Abate Giuseppe mentre orava, alzando le mani al Cielo, furono nelle sue dita vedute dieci lampade accese; che erano i lumi che abbagliavano; e per così dire bruciavano i demonii (Vit. Patr., Tom. 2, lib. 5, cap.). Ecco il documento, che ci lasciò quel gran popolatore delle Tebaidi, il quale fu così fortemente combattuto dal demonio, il glorioso S. Antonio: *Experto credite, orationes iustorum pertimescit Satan*. Se dunque volete vincerlo, orate quanto più potete, perché *si fuerint daemones fortes, robore montibus haud dissimiles, ab oratione comburuntur veluti cera ab igne*, diceva S. Macario. Non fate però che per studiare assai abbiate a consumare tutto il tempo della sera; sicché non ve ne avanza nulla per l'orazione, *nos exiguum tempus habemus, sed multum perdimus*, scrisse Seneca, de brev. vit. Quanti per studiare assai, e

(18) GIOVANNI PINAMONTI, *Il sacro Cuore di Maria Vergine*, Venezia 1733.

farsi dotti, rimangono ignoranti della scienza de' Santi, la quale non si apprende nello studio dei libri, ma nell'orazione! Con ragione dunque diceva il dottissimo P. Suarez, che sarebbesi prima contentato di perdere la sua gran scienza, che perdere un'ora di orazione. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*, scrisse l'Apostolo, Rom. 12, 3. Badate dunque su questo: appena terminato il vostro studio necessario; mettetevi in orazione meditando le verità eterne, o i benefici di Dio.

Andando a cena osserverete quelle regole di sobrietà e temperanza, che vi ò date di sopra; solo vi prego a trattenere quei di vostra famiglia in tal tempo con qualche discorso spirituale, narrando loro qualche vita di Santo, o esempio della Ss.ma Vergine; togliendo i discorsi vani, e secolareschi, i quali ad altro non servono che a dissipare la mente ed il cuore. All'incontro poi i discorsi divoti riescono più giovevoli delle stesse prediche, perché accendono mirabilmente la volontà o alla conversione, o al miglioramento, o ad una totale perfezione. Racconta il P. Scaramelli (Dirett. asc. Tom. 1, ar. 4, Cap. 1) (19) che il B. Raimondo Pisano, mentre stava suonando la cetra vide passar per istrada un gran servo di Dio. Gettando via quell'istrumento, si accompagnò con esso lui, il quale parlando di Dio, lo infiammò talmente che convertillo da peccatore in Santo. E S. Agostino facendo un discorso divoto sulle rive del Tevere colla sua Madre S. Monica dopo poco tempo rimasero ambedue taciturni assorti in altissima contemplazione (S. Agost., Confess. lib. 9, cap. 10). O se tutti gli Episcopisti facessero così, le loro case diverrebbero tanti Santuarii!

Finita la Cena vi ritirerete nella vostra stanza, vi farete l'esame di coscienza scrivendo in un quinternetto quei peccati, e mancamenti, che vi ricordate aver commesso in quella giornata, pensando: *qualis fecisti in precibus, et re divina, in occupationibus, in verbis, et sermone, in mensa* (Dressel, Trism. lib. 1, cap. 6) (20).

Direte pertanto a voi stesso: *Quid feci? quid dixi? quid cogitavi? quid omisi? quid neglexi faciendum?* E poi noterete i difetti nella carta. Riferisce S. Climaco (Grad. n. 4) che entrato in un Monastero osservò che ogni religioso portava sempre appresso di sé un librettino in cui notava le mancanze, quando le commetteva. E S. Ignazio Lojola ogni volta che cadeva in qualche difetto faceva il nodo ad un laccio che a tal fine seco portava; e così si

(19) GIOVANNI SCARAMELLI, *Direttorio ascetico*, Venezia 1764.

(20) GEREMIA DREXEL, *Trismegistus christianus seu triplex cultus conscientiae, coelium, corporis, Monachii* 1624.

accorgeva del numero delle mancanze, che aveva fatte in quel giorno (In eius vita). Tutti i Santi, o Maestri di spirito àn fatto sempre gran conto di questo esame, praticandolo, e stimandolo come un mezzo efficacissimo per istradar da sé qualsivoglia vizio, o difetto, e per far profitto nella perfezione. Parli per tutti S. Gregorio: *Electorum est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere, et omne quod turbidum profluit ab intimis exiccare.* (Moral. lib. 25, cap.6, art.) (21). Anche i Filosofi gentili stimarono necessarii tali esami pe'l miglioramento della vita. Proclide, come scrive Dressellio, fu il primo a prescrivere ogni sera l'esame di coscienza. *Primus omnium mortales docuit quotidie se ipsum ad hoc conscientiae tribunal citare* (Trism. Chr. lib. 1, cap. 2, num. 1). I Gimnosofisti non ammettevano la sera a cena alcuno de' loro discepoli; se costui non si fosse prima esaminata la coscienza. Pitagora poi lo prescrisse ai suoi discepoli, onde molti dei suoi seguaci ebbero il costume di esattamente praticarlo ogni sera, come Seneca, Cicerone, Plutarco, Epitetto e Cestio (22). Or se i Paganì per amore della filosofia facevano giornalmente tali esami, quando più dovranno praticarli i Cristiani per riformare i loro costumi, e giungere alle cime della perfezione. Per cui prego voi, amico carissimo, a non tralasciar mai questo esame, se volete far qualche avanzo nella via dello spirito. Consigliano di più i maestri della vita spirituale, che quando trovate qualche grave peccato, v'imponghiate allora per allora qualche penitenza per castigo, ed emenda degli errori commessi. S. Paolo il semplice discepolo di S. Antonio Abbate, per un trascorso di lingua benché non colpevole, s'impose per penitenza di non parlare mai più per tre anni interi (In vitis Patr., in vita Pauli simpl.). Riferisce S. Girolamo (In catal. illustr. vir.) (23) di Severo Sulpizio che ingannato dai Pelagiani per la sua loquacità, prescrisse alla sua lingua la penitenza di non parlare più fino alla morte, come in fatti la men-tenne. E S. Maria Maddalena de Pazzis per alcuni leggerissimi mancamenti commessi in un giorno si fece un'asprissima disciplina (*Vinc. Puccini*, in vit. cap. 76). Conosco che tali penitenze sono straordinarie né da noi devono imitarsi; ma almeno se non potete far tanto, vi prego a recitare un *Miserere* colle braccia in croce; e qualche volta scrivere il nome di Maria colla lingua pel pavimento, e farvi una, o più croci, ecc. Ma non fate però restar impunito alcun vostro peccato: perché così la divina Giustizia lascerà di

(21) Cfr la nota introduttiva.

(22) Lucio Cestio, greco di Smirne, insegnò retorica a Roma ai tempi di Cicerone.

(23) S. Hieron., *De viris illustribus*.

punirvi in questa o nell'altra vita, vedendo castigate da voi stesso le vostre colpe. Indi farete gli atti Cristiani, direte tre Ave Maria alla purità di Maria rifugiandovi sotto il padiglione piacevole del suo manto; vi raccomanderete all'Angelo custode, ai vostri S. Avvocati, acciocché in quella notte vi difendano da tutte le tentazioni, ed illusioni del demonio. Nello spogliarvi reciterete qualche salmo, o altra orazione vocale, ed entrando nel letto figuratevi di entrare nel vostro sepolcro. Dormirete con un Crocifissetto tra le mani, e col rosario avvolto alle braccia per ricordarvi di Gesù, e Maria, quando vi svegliate. Consegnerete il vostro spirito nelle mani trafitte del Redentore, dicendo: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum* (24). Potrete ancora immaginarvi di riposare nella ferita amorosa del costato del Figlio di Dio, benedicendo mille volte quella crudelissima lancia, che a guisa di scarpello pungente fece una ferita così dolce, e con essa una stanza così amata nel petto del Salvatore del mondo. Se fra la notte vi sveglierete dal sonno, subito applicate la mente ai santi pensieri, ripetendo più volte i nomi di Gesù, Maria, come consiglia S. Diodoro, cap. 31 de pen. spirit. Qualche notte poi potrete spendere un'ora, o meno, ad orare, o a leggere libri santi, se non potete prendere sonno. Ecco che diceva di sé il Profeta Reale: *Anticipaverunt vigilias oculi mei, cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in mente habui, meditatus sum nocte in corde meo*. Ps. 76, 47. O di quanto profitto è all'anima l'orazione della notte, dove nel silenzio, e nella solitudine si odono chiaramente le voci di Dio! Aveano ben conosciuta i Santi questa verità, per cui essi, levavano agli occhi loro il sonno, e spendevano molte ore della notte in orazione. S. Filippo Neri vegliava le intere notti orando nelle catacombe di S. Sebastiano (In eius vita). S. Policronio passava quasi tutta la notte in orazione con un tronco di quercia sulle spalle tanto pesante, che S. Teodoreto scrittore della vita di lui attesta di averlo veduto, e che essendovisi provato appena potea alzarlo da terra con tutte e due le mani. Narra il P. Sarnelli (*Mondo Santificato*, p. III, part. 1) che il Pad. Lallemand chiamar solea l'orazione la sua felicità e rubava più ore al sonno per conversare con Dio. Il Ven. Berkman di anni undici fu più volte trovato da' suoi, che passata la mezzanotte se ne stava orando colle ginocchia nude per terra (*Diar. spirit.*, 1 Setteb.). Io non pretendo tanto da voi; qualche volta spogliandovi potrete nel letto medesimo col lume appresso, meditare, o leggere. E qui per vostra maggiore utilità voglio darvi notizia di altri libri ascetici, oltre di quelli che allora vi scrissi:

(24) *Luc.* 23, 46.

Meditazioni del P. Luigi Granata. *Manuale sacro* del P. Leonardo da Porto Maurizio. *Illusioni del cuore* del P. Giovanni Croiset. *Guida spirituale* del V.P. Ludovico da Ponte. *Esercizi spirituali* del P. Segneri, scritti dal Muratori. *Elezione dello Stato* del P. Rosignoli. *Maraviglia di Dio* dell'istesso autore, Tom. 6. *Verità eterne* del medesimo. *Scienza dell'anima* del P. Siniscalchi. *Amore di Gesù* del P. Nepveu. *Bilancia del tempo* del P. Nierembergh. *Disprezzo delle vanità nel mondo* del P. Diego Stella, Tom. 3. *Esercizi spirituali* di S. Ignazio del P. Ortensio Balestrieri. *L'Anima trafitta della gran Madre di Dio*: opera di un suo divoto, Tom. 3. *Introduzione al Simbolo della Fede* del P. Luigi Granata. *Il Cammino sicuro del Cielo* del Carafa.

Or bene: *haec est via, ambulate in ea*. Io vi ò aperta una strada sebbene un poco stretta, però praticabile: a voi spetta adesso il camminare ma... fino a quando? *Dum lucem habetis*, Ioann. 12(25). Non bisogna stancarsi a mezzo cammino, ma proseguire il corso finché non si arrivi alla meta sospirata. Nei cristiani, dicea S. Girolamo, non si osservano i principii, ma il fine. *Perseverantia metit*, scrisse S. Bonaventura in ps. 67(26).

Io già finisco pregandovi a conservar questa mia ultima lettera, come ricordo che vi lascio prima della mia partenza da questa patria, che, come spero, sarà la breve. Vi ringrazio intanto di tutti i favori che mi avete fatti in tutto il tempo che ci siam conosciuti, cercandovi dall'altra parte scusa, e perdono di tutte le offese che avete da me ricevute, che non sono state poche. Addio dunque, e addio per sempre, finché avremo vita, perché forse non ci vedremo più in questa valle di pianti. Ma allegramente però, che verrà un giorno che ci riconosceremo nella beata Patria del santo Paradiso; ove non avremo più timore di separarci per tutta un'eternità; essendo ivi la nostra permanenza stabile e ferma. *Stantes erant pedes in atriis tuis Hierusalem*. Psal. 121(27). Là dunque io spero vedervi, e vedervi per tutta un'eternità. Per ora raccomandatemi a G. Cristo, e lo stesso vi prometto di fare per voi in qualunque luogo mi troverò. Dandovi l'ultimo addio di cuore vi abbraccio, vi stringo le mani, protestandomi inalterabilmente.

Vostro caro, benché indegno Amico

Accolito

Emmanuele Ribera del Sem. di Molfetta.

(25) Io. 12, 35: Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant.

(26) S. BONAVENTURA, *Expositio in Psalterium*, Ps. 67; *Opera omnia*, I, Lugduni 1668, 119: Ibi obedientia semen recipit, patientia fructificat, perseverantia metit.

(27) Ps. 121, 2.

ANDREAS SAMPERS

DE ELIGENDO BEATO IOANNE NEP. NEUMANN
IN EPISCOPUM DE PHILADELPHIA

documenta romana (oct. 1851-febr. 1852)

INTRODUCTIO

Quando mense augusti 1851 Exc.mus Franciscus Patritius Kenrick (1797-1863) a Sede de Philadelphia ad quam die 22 apr. 1842 per coadiutoriam evector fuerat (1), ad Sedem archiepiscopalem de Baltimore translatus fuit, novus episcopus Philadelphae nominandus erat.

Die 14 X 1851 ipse Exc.mus Kenrick Em.mo Iacobo Philippo Fransoni, S. Congregationis de Propaganda Fide praefecto, tres candidatos proposuit: Eduardum Purcell, Vicarium generalem dioeceseos de Cincinnati, Ioannem Nep. Neumann CSSR, Rectorem collegii S.i Alfonsi in Baltimore, et Guillelmum Elder (2), professorem theologiae in seminario S. Mariae prope Emmitsburg (Doc. 1). Quamquam P.em Neumann secundo loco posuerit, eum tamen dignissimum habuit, sicuti paulo post P.i Bernardo Smith OSB (3) communicavit (Doc. 4) et post mensem etiam Cardinali Fransoni scripsit (Doc. 9).

Desiderio Exc.mi Kenrick obsecundantes, octo alii archiepiscopi et episcopi Statuum Americae Foederatorum etiam opinionem suam de candidato eligendo Em.mo Fransoni patefecerunt, quorum aliqui propositum Exc.mi Kenrick simpliciter probaverunt, ut Exc.mi Antonius Blanc de New Orleans (Doc. 2) et Petrus Richardus Kenrick de St. Louis (Doc. 3), Francisci frater. Exc.mi Ignatius Aloisius Reynolds de Charleston (Doc. 5) et Iacobus Olivarius Van de Velde SI de Chicago (Doc. 10) explicitis verbis P.em Neu-

(1) Post mortem Exc.mi Henrici Conwell; non *Cornell*, uti scribitur nomen in *Enc. Catt.* VII [1951] 674.

(2) Postea episcopus de Natchez (consecr. die 3 V 1857); ad Sedem tit. de Avara promotus die 30 I 1880 tamquam coadiutor archiepiscopi de Cincinnati, Ioannis Bapt. Purcell, cui successit die 4 VII 1883.

(3) De Bernardo Smith, tunc temporis Vice-Rectore Collegii Hibernici de Urbe, cfr notitiam recentem in *Asprenas* 10 (1963) 19 not. 4.

mann commendaverunt, quod fecit etiam Richardus Vincentius Whelan de Wheeling (Doc. 8), quamvis non sine quadam haesitatione. Exc.mus Michael O'Connor de Pittsburgh anceps mansit cum certa propensione tamen ad candidaturam D.ni Purcell (Doc. 13). Exc.mus Ioannes McGill de Richmond ut dignissimum D.num Purcell praedicavit (Doc. 14). Exc.mus Franciscus Xav. Gartland de Savannah alium candidatum proposuit (Doc. 6).

Dum hae litterae Romam mittebantur, rumor de proposita nominatione P.is Neumann in Congregatione nostra innotuit et ipse P. Neumann Vicario generali Congregationis Transalpinae, Rudolfo von Smetana (4), scripsit, ut apud summam romanam auctoritatem interveniret, ne ad episcopatum deputaretur (5). Statim P. Smetana libellum supplicem Summo Pontifici misit (Doc. 12), sicut et fecit P. Brixius Queloz (6), Socius Procuratoris generalis CSSR pro rebus ad Congregationem Transalpinam pertinentibus (Doc. 11).

Die 26 ian. 1852 Congregatio generalis Cardinalium quaestionem de nominando novo episcopo pro Sede de Philadelphia in S. Congregatione de Propaganda Fide pertractavit (Doc. 15^a), et decisum est supplicandum esse Summo Pontifici pro nominatione P.is Neumann (Doc. 15^b). In audientia die 1 febr. Exc.mo Alexandro Barnabò, S. Congregationis de Propaganda Fide secretario, concessa Pius IX propositam nominationem confirmavit (Doc. 16), et exinde die 5 febr. a S. Congregatione de Propaganda Fide decretum nominationis confectum est (Doc. 17).

Uti in titulo indicavimus, solum documenta in archivis romanis conservata hic transscribimus; pro aliis documentis, v.g. pro epistulis inter episcopos Americanos mutatis, remittimus ad librum P.is Curley, ubi tota quaestio de nominando candidato ad Sedem de Philadelphia optime delucidatur (7).

Transcriptionem damus secundum photocopias documentorum in archivio generali nostro conservatas (8), factas aliquot annos abhinc ex originalibus quae adsunt in archivio S. Congregationis de Propaganda Fide. Ibi habentur litterae originales (9) et etiam « positio » super nominatione, in qua sunt typis cusae (10). Unius documenti conservatur copia in archivio nostro generali et alius documenti habetur minuta (11). Spe inveniendi originales

(4) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 272 n. 151.

(5) Uti ex Doc. 11 desumimus, P. Neumann hoc modo P.i Smetana scripsit, qui epistolam P.i Queloz transmisit. Has epistulas in archivio nostro generali invenire nequimus; etiam nos latent epistulae de hac re mutatae inter P.em Smetana et P.em Bernardum Hafkenschaid, tunc temporis Superiorem Prov. Americanae CSSR.

(6) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 268 n. 136.

(7) M. CURLEY, *Venerable John Neumann, CSSR, fourth bishop of Philadelphia*, Washington [1952], 165-175.

(8) AG Pr.Am. V Personalalia (Neumann).

(9) Archivio della S. Congregazione della Propaganda Fide (*abbrev.*: APF). Scritture originali riferite nelle Congregazioni generali (*abbrev.*: SRCG), vol. 975 f° 81-104.

(10) APF Acta vol. 241 f° 46-56.

(11) Doc. 11 (libellus supplex P.is Queloz), et Doc. 12 (libellus supplex P.is Smetana).

duas epistulas ad P. em Bern. Smith missas adivimus archivum Collegii Hibernici de Urbe, sed frustra (12).

In fine notamus quasdam harum epistularum partes iam bis typis cusas esse in « positionibus » processus beatificationis S. D. Ioannis Nep. Neumann; in has transscriptiones tamen varii errores irrepserunt, maxime in nominibus (13).

DOCUMENTA

1. - 1851 X 14, Baltimore. - Epistula Francisci Patritii Kenrick, Archiepiscopi de Baltimore, ad Card. Fransoni. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f^o 83-83^v; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f^o 50-50^v (Sommario n. I).

Eminentissime et Reverendissime Princeps,

Acceptis Apostolicis Litteris quibus in Sedem Metropolitanam Baltimoreensem evecum me intellexi, Dei voluntati per Summum Pontificem patefactae absque mora acquievi, omnia me posse in eo qui me confortat confisus. Huc igitur delatus, a clero populoque exceptus sum laetis animis, et ad obtemperandum paratis. Jam vero teneor sollicitudine de Dioecesi Philadelphensi, quae impraesentiarum regitur ab Ad. Rev. D.no Eduardo I. Sourin, qui Vicarii mei Generalis munere fungebatur, et Administratoris nomine, vacante sede, auctoritatem exercere pergit (14). Mihi quidem carissimus est ob morum dulcedinem, et ingenio, facundia, zelo claret, sed vi animi et iudicio vix pollet quod regimini pernecessarium est. Tres alios sacerdotes idcirco S. Sedi commendandos duxi, ut ex iis, si ita videatur, designetur qui Episcopatum Philadelphensem teneat, qui vix vacare potest etiam ad breve tempus absque gravi religionis dispendio.

Eduardus Purcell, Vicarius Generalis Cincinnatensis, eloquentia et ingenio insignis est rerumque peritia gerendarum, doctrina et moribus commendabilis, et ab annis facile viginti quinque in Foederatis Statibus versatus est, in Hibernia natus. Joannes N. Neumann, ex Germania huc se contulit ante annos plurimos presbyter saecularis (15), et deinceps in Congregationem

(12) Doc. 4 et 6.

(13) *Positio super Introductione Causae*, Romae 1894, [pars IV] Novum Summarium additionale, pp. 17-30; et *Positio super Virtutibus*, Romae 1907, [pars II] Summarium et sylloges, pp. 773-786.

(14) Neumann confirmavit Sourin in munere Vicarii generalis; S. postea Societati Iesu nomen dedit.

(15) Neumann nondum erat sacerdos, quando ad Americae oras appulit, sed paulo post, die 25 VI 1836, in New York presbyteratus ordinem recepit. - Cfr *Spic. hist.* 11 (1963) 97.

SS. Redemptoris cooptatus est, et nunc Rectoris Ecclesiae S. Alphonsi in hac urbe munere fungitur, doctrina, pietate, zelo, rerum peritia et Anglici idiomatis, sicut et Germanici, copia praestans. Gulielmus Elder, Baltimori natus, alumnus quondam Collegii Urbani, Doctor Theologiae, et Professor in Collegio S. Mariae prope Emmitsburgum, pietate et zelo ornatur, ceterisque animi dotibus, quatenus mihi videtur. - Horum igitur nomina ad Episcopos suffraganeos et Archiepiscopos ceteros transmittito, ut eorum iudicium et ipsi S. Congregationi quamprimum exponant.

Reliquum est, ut gratias agam amplissimas Summo Pontifici qui me tanto auxit munere, Eminentia V. Rev.ma suadente, cui me debitorem agnosco tot acceptis beneficiis. Sacram deosculans purpuram, me profiteor ex animo

Em.ae V.ae Rev.mae

Addictissimum famulum :
Franciscus Patritius Kenrick
Arch. Balt. designatus

Baltimori, 14 Octobris 1851

2. - 1851 X 22, New Orleans. - Epistula Antonii Blanc, Archiepiscopi de New Orleans, ad Card. Fransoni. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 85; *copia typis cusa*: APF Acta vol. 214 f° 50^v (Sommaro n. II).

Nouvelle Orléans, 22 8^{bre} 1851

Eminence

Par sa lettre du 14 de ce mois Mgr. Kenrick, Archevêque élu de Baltimore, m'informe qu'il vient d'adresser à la Sacrée Congrégation les noms de trois prêtres qu'il a crus dignes d'être présentés et recommandés à Sa Sainteté, pour qu'Elle daigne en désigner un, qui revêtu de la dignité épiscopale puisse remplir la vacance du Siège de Philadelphie.

Sa Grandeur desirant, en même temps, que j'adresse à la Sacrée Congrégation mon opinion sur le mérite de ces trois ecclésiastiques, savoir: in 1^o loco, Eduardum Purcell, 2^o Joannem S. Newmann [*sic*], 3^o Guillelmum Elder, je crois, dans mon humble opinion, que le choix ne pouvait être plus judicieux, et que s'il plaît à Sa Sainteté de choisir le premier Pasteur de l'Eglise de Philadelphie parmi ces trois ecclésiastiques, tous les Catholiques de ce beau Diocèse ne pourront que s'en réjouir et en être reconnoissants.

J'ai l'honneur d'être, avec le plus profond respect de Votre
Eminence et de la Sacrée Congrégation

Le très humble et très obéissant serviteur
† Ant. Archev. de la N. Orléans

3. - 1851 X 24, St. Louis. - Prima pars epistolae Petri Richardi Kenrick, Archiepiscopi de St. Louis, ad Card. Fransonii. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 87; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 51 (Sommariorum n. III).

St. Ludovici, 24 Octobris 1851

Eminentissime Praesul!

Litteris acceptis Archiepiscopi Baltimorensis designati, mei est officii Sacrae Congregationi aperire, quid de presbyteris a prae-
laudato Praesule Sanctae Sedi commendatis, ut ex iis successor ei in Sede Philadelphensi daretur, sentirem. In praesenti rerum statu satius duxi in sententiam Archiepiscopi designati descendere, quaecumque fuerit, cum ipsi innotescerent tum eorum dotes tum Ecclesiae Philadelphensis necessitates, quam sententiam propriam cum errandi in re adeo gravi periculo edere.

[...]

Sum Eminentiae Tuae

famulus obsequentissimus in Xto
† Petrus Ricardus
Archiep. S. Ludovici

4. - 1851 X 26, Baltimore. - Excerptum in versione italica epistolae Francisci Patritii Kenrick ad Rev. Bernardum Smith, Vice-Rectorem Collegii Hibernici, Romae. - Excerptum *originale* a Bernardo Smith exaratum: APF SRCG vol. 975 f° 89-89^v; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 51-51^v (Sommariorum n. IV).

Monsignor [Francesco] Patrizio Kenrick, Arc^o di Baltimore, scrive quanto segue:

Baltimore, 26 Ottobre 1851

Presi possesso nella Città Metropolitana il giorno dieci, e fui accolto con applausi tanto dal clero quanto dal popolo. Dopo quel tempo mandai tre nomi alla Sacra Congregazione per la Sede di Filadelfia; e sono: Edwardo Purcell, Vicario Generale di Cincinnati, Giovanni Nepomuceno Neumann, Redentorista, e Guglielmo Elder (16), antico alunno del Collegio Urbano.

(16) Ita nomen scribitur in APF Acta vol. 214 f° 51 (Summarium typis cusum); in excerpto originali a P.e Smith exarato habetur erronee: *Guilielmo Henry*.

Di questi il Padre Neumann mi sembra il più degno per causa della sua pietà singolare e dottrina, e perché essendo Alemanno conosce la lingua tedesca insieme coll'inglese. Per rispetto al Vescovo di Richmond ho messo nel primo luogo il Sig. Purcell (17), ma il mio giudizio in coscienza deve esser per il secondo. Voi potete spiegare questo a Sua Eminenza il Card. Prefetto. - L'amministratore presente della Diocesi è un uomo dotto e pio, ma non è tagliato per esser Vescovo (18).

D. Bernardo Smith

5. - 1851 X 31, Charleston. - Epistula Ignatii Aloisii Reynolds, Episcopi de Charleston, ad Card. Franson. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 91-91^v; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 51^v-52 (Sommario n. V).

Eminentissime Princeps.

Accepi modo litteras a R.mo Archiepiscopo Baltimorensi, quibus significat, proposuisse se pro vacante Sede Philadelphiensis tres hosce candidatos, scilicet: *primo loco* Adm. Rev. Eduardum Purcell, *secundo* Rev. Jo. Nepomucenum Neumann ex Congregatione SS.mi Redemptoris, *tertio* Rev. Gulielmum Elder.

Id unum commemorabo, me imprimis et impense probare eum, qui secundo loco ponitur, Rev. Neumann. Fatentur omnes [eum] esse virum eximiae doctrinae, maximae in Deum pietatis ac zeli. Quindecim jam annos in America commoratus, linguam nostram optime callet, eademque utitur satis prompte et expedite. Quod Germanus sit, odiosum fortasse erit nonnullis; quod praeterea religiosus sit, haud pauci e clero aegre ferent. Scio equidem haec urgeri a nonnullis; ab quodam praesertim Episcopo ex iis qui Rev. D. Purcell maxime favent, qui et R.mo Archiepiscopo Baltim. hujus rei gratia persuasit, ut alterum priori loco nominaret (19). Verum licet haec omnia quamdam difficultatis speciem praeseferant, tamen pro certo habeo, brevi fore, ut Rev. Neumann, si in Episcopum eligatur, gratiam ineat apud omnes tum ex clero tum ex populo catholico suae Dioeceseos; habet enim egregias animi dotes, quibus omnium animos et voluntatem ad se quodammodo rapiat.

Quod negant eum facundum esse et ornatum in concionando, parum movet. Neque probo, tantam in eligendis Episcopis facundiae rationem haberi. Quod longe utilius atque optabilius est:

(17) Vide epistolam episcopi de Richmond, infra Doc. 14.

(18) Eduardus Sourin; cfr opinionem de eo ab Exc.mo Kenrick expressam in epistula diei 14 X 1851 (Doc. 1).

(19) Episcopus de Richmond, vide Doc. 4 et 14.

Rev. Neumann verbum Dei nunciare poterit Germanis et Gallis suae Dioecesis. Utramque enim optime intelligit. Germani autem in Pennsylvania sunt longe plurimi.

Ceteris paribus, Americanum hominem alienigenis anteponendum [esse] censeo, praesertim si eloquentiae laude floreat. Rev. autem Neumann alios supra memoratos ecclesiasticae doctrinae et linguarum scientia longissime antecellit. Rev. Gulielmus Elder est vir egregius et optimae famae; nullo tamen modo idoneus, qui ad tantam Sedem eligatur.

Deum semper rogo, ut Eminentiam Tuam quam diutissime servet in bonum Ecclesiae.

Eminentiae Tuae

Humillimus in Xto famulus
† Ignatius Aloysius Reynolds
Episcopus Carolopolitanus

Iacobus Andr. Corcoran, Al. Prop: Fide
Secretarius pro temp.

Dabam Carolopoli, prid. Kal. Nov. an. 1851

6. - [sine diei et loci indicatione]. - Excerptum in versione italica epistulae Francisci Xav. Gartland, Episcopi de Savannah, ad Rev. Bernardum Smith. - Excerptum *originale* a Bernardo Smith exaratum: APF SRCG vol. 975 f° 93; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 52 (Sommario n. VI).

Lettera di Monsig. Gartland, Vescovo di Savannah:

Vi prego di far sapere a Sua Eminenza il Card. Prefetto della Propaganda, che essendosi la Sede Vescovile di Filadelfia una delle più importanti degli Stati Uniti, Monsig. O'Connor, l'attuale Vescovo di Pitsburgo, sarebbe il più adatto per quella Diocesi. E son certo che la sua nomina darebbe piacere tanto al clero quanto al popolo. In questo caso si potrebbe nominare il Rev. Sig. Purcell per la Diocesi di Pitsburgo.

D. Bernardo Smith

7. - 1851 XI 14, New York. - Epistula Ioannis Hughes, Archiepiscopi de New York, ad Card. Franson. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 95-96; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 52-53 (Sommario n. VII).

Hanc epistulam non transscribimus, quia in ea non datur iudicium de tribus candidatis propositis pro Sede de Philadelphia, sed dantur tantum rationes quasdam generales, dissuadentes translationem episcoporum ab una Sede ad alteram in Statibus Unitis.

8. - 1851 XI 17, Wheeling. - Epistula Richardi Vincentii Whelan, Episcopi de Wheeling, ad Card. Fransoni. - *Orig.* : APF SRCG vol. 975 f° 97-97^v; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 53-53^v (Sommario n. VIII).

Wheeling, die 17^a Nov. 1851

Eminentissime et Rev.me D.ne,

Cum pro Dioecesi Philadelph. tria nomina mihi missa fuerint, utpote eorum qui sint ad hoc munus idonei et tanto honore digni, hac de re sententiam meam Sanctae Sedi per Eminentiam Tuam exponere jamjam debui. In excusationem sit praecipue aegritudo non sine periculo vitae, cui fas sit addere et rerum agendarum copiam et difficultatem seligendi quem ut vere idoneum proponerem.

Prius ab Ill.mo et R.mo D. Kenrick nominatum (D. Rev. Ed. Purcell) commendare nollem. Tardius ad sacrum ministerium admissus, dum in saeculo viveret aliquando officium religionis negligens, et exinde multum deditus rebus fere omnino saecularibus Ecclesiae, nec mihi videtur abundare scientia ecclesiastica, nec etiam vigorem animi (anglice: *Energy*) habere, qui ita necessarius est in praesenti statu rerum nostrarum. Carere etiam videtur, quamvis sacerdos bonorum morum, fervore et devotione tam in Episcopo optandis, qui debet esse forma gregis.

Secundo loco positum (Rev. Newman [*sic*]) et scientiam et pietatem debitam habere existimo; in sua Congregatione et pro Missionibus perutilem [eum] esse scio. Mea tamen sententia non satis novit opiniones, necessitates, mores, exigentias, statum populi nostri, et quoad exteriorem hominem valde distat a norma quae hactenus inter nos, propter adjuncta rerum, numerum praecipue Protestantium et aliorum, necessaria visa est, ut quis Episcopali officio digne et utiliter fungeretur.

Tertius (Rev. Guilel. Elder) junior est et experientia Missionum omnino caret. Hunc post aliquot tantum annos commendandum putarem.

Inter tres secundum ego malle commendare Eminentiae Tuae.

Omnia Tibi fausta precans

Eminentiae Tuae

Obed.mus et Obseq.mus

† Richardus Vincentius Whelan

Episcopus Why1.s

9. - 1851 XI 17, Baltimore. - Ultima pars epistulae Francisci Patritii Kenrick ad Card. Fransonii. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 99; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 53^v-54 (Sommario n. IX).

Eminentissime et R.me Pater

[...]

Liceat adjungere omnia feliciter hactenus contigisse, meque litteras jamjam editurum [esse] convocationis concilii pro quarta post Pascham dominica (20). De successore in Sede Philadelphensi magna me tenet sollicitudo; vix enim res moram patitur, quum Ecclesiae cathedralis erectio a quinquennio coepta, vix possit progredi sede vacante, et res temporales illius Dioeceseos et spirituales providum et peritum exigant rectorem. Ex tribus quos jam commendavi sacerdotibus P. Joannes Nepomucenus Neumann dignissimus certo est, si pietatem, doctrinam, peritiam munerum ecclesiasticorum, aliasque egregias dotes spectes, et Anglico idiomate, sicut et Germanico, facile utitur; sed dissimulare non possum ei obstare in civitate adeo insigni, quod Bohemus sit gente, ideoque haud adeo facundus ad aures demulcendas, moribus etiam diversus a nostratibus. Facundia, ingenio, rerum gerendarum temporalium peritia praestat Eduardus Purcell, et labe omni, quatenus noverim, caret, sed haud adeo praecellit virtute, zelo, disciplinae ecclesiasticae studio. Gulielmus Elder, alumnus Collegii Urbani, triginta duos annos natus, pietate et doctrina ornatur, sed haud valet rerum peritia gerendarum, quum hactenus in tradenda theologia in Collegio Emmitsburgensi occupatus sit. Baltimori ex genere spectabili pietate ortus, mihi carissimus est ob mores simplices et integros. Oro ut S. Congregatio pro sapientia sua seligat quantocyus, quem ex tribus idoneum magis et Ecclesiae utilem judicaverit.

Interim gratias amplissimas Summo Pontifici pro munere Archiepiscopali et Apostolici Delegati quo auctus sum ago, et Eminentiae V. Rev.mae, cujus in me gratiam toties expertus sum, meque ex animo profiteor

Addictissimum famulum:
Franciscus Patritius Kenrick
Archiep. Baltim.

Baltimori, 17 Novembris 1851

(20) Primum Concilium generale episcoporum in Statibus Unitis habitum, apertum in Baltimore die 9 V 1852.

10. - 1851 XI 20, Chicago. - Prima pars epistulae Jacobi Olivarii Van de Velde SI, Episcopi de Chicago, ad Card. Fransoni. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 100; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 54-54^v (Sommaro n. X).

Chicagine, die 20 Nov. 1851

Illustrissime ac Eminentissime Praesul

Nuper accepi litteras ab Ill.mo ac Rev.mo Archiepiscopo electo Baltimorensi, quibus certiolem me facit, se pro Sede vacante Philadelphensi S. Sedi Apostolicae proposuisse Rev. D. Edw. Purcell (fratrem Archiep. Cincinnatiensis), Rev. P. Joannem Nep. Neumann (Congr. SS. Redemptoris), et Rev. Gul. Elder; et me urget, ut suffragium meum suae commendationi adjiciam.

Inter illos Rev. P. J. N. Neumann mihi videtur dignissimus et aptissimus, quippe qui omnibus virtutibus et dotibus, quae ad tale munus rite exercendum requiruntur, omnium sententia sit praeditus.

[...]

Eminentiae Vestrae

Infimus in Christo servus
† Jacobus Olivarius
Ep. Chicagin.

11. - [1851 XI fine - XII initio, Roma]. - Libellus supplex Brixii Queloz, Socii Procuratoris gen. CSSR, ad Pium PP. IX. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 102-103; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 54^v-55 (Sommaro n. XI); *copia* manu scripta: AG XVI App., Liber votorum P.is Queloz pp. 64-66.

Beatissime Pater

Ante aliquot dies Congregatio Transalpina SS.mi Redemptoris novum clementiae Vestrae monumentum retulit (21) et jamjam ad Suos pedes nos prosternimus, aliam gratiam, sed omnium maximam supplicaturi.

Innotuit nobis, Beatissime Pater, inter tres candidatos pro Sede Episcopali Philadelphiae in Statibus Foederatis Americae Reverendum Patrem Neumann Congregationis nostrae Transalpinae numerari.

Jam vero ipsemet P. Neumann, rei certior factus, scripsit Vi-

(21) Probabiliter agitur de rescripto pontificio diei 2 XI 1851, quo ad annum prorogata est dispensatio a decretis diei 25 I 1848 quoad receptionem novitiorum. - *Documenta authentica facultatum et gratiarum spiritualium quas Congregationi SS. Redemptoris S. Sedes concessit...*, Regensburg 1903, 236 n. 158.

cario nostro generali, eum deprecans ut Beatitudinem Vestram exoret in nomine Jesu Christi et S. Alphonsi, qui abhorrebat Episcopatum, ne eum eligat.

Haecce mandans mihi, Vicarius Generalis subdit: «Dicat Reverentia Vestra SS. Domino Nostro Pio IX et Congregationis nostrae Transalpinae Patri, quod si nostras humillimas preces exaudire dignetur, me gratiam hanc Suae paternae pietatis omnium specialissimam existimaturum esse» (22).

Liceat sensuum nostrorum rationes proferre:

Primo. Votum nuncupamus nec acceptandi nec quaerendi directe vel indirecte dignitates atque etiam oblatas renuntiandi. - Prosequitur ergo Vicarius Generalis: «exoret Reverentia Vestra Sanctitatem Suam, ut consoletur corda nostra non nominando prae-laudatum Patrem ad Episcopatum, saltem non imponendo illi praeceptum acceptandi».

Secundo. Haec prima nominatio funestissimum exemplum esset in futurum pro aliis nostris provinciis. Liberatio a dignitatibus, quam efflagitamus, excitabit zelum indefessum Vicarii Generalis et aliorum nostrorum Superiorum in sustentanda et augenda disciplina regulari. Hoc etiam respectu, Beatissime Pater, desideramus distingui a Congregatione Neapolitana SS. Redemptoris, scilicet ne unquam apud nos videantur Episcopi et jure merito (23).

Tertio. Habere Episcopos apud nos cum tempore, imo statim vergere potest in damnum nostrae nascentis Congregationis et creare non paucas difficultates Superioribus Ordinis, non propter voluntates hominum, sed propter rerum humanarum cursum. Non sunt vani hi timores. Hujus eventus exempla sub oculis habemus.

Quarto. Utinam ergo nos Redemptoristae Transalpini mereamur gratiam, qua sibi a S. Sede Apostolica concessa congratulatur insignis Societas Jesu, quod tantum vergit in bonum illius Ordinis et est fons abundantissimae messorum in vinea Domini, liberari nempe a dignitate Episcopali. Si hac gratia apud S. Sedem digni invenimur, pro modulo nostro ampliores labores exantlare conabimur in defendenda et propaganda fide et animabus Christo ubique terrarum lucrandis.

(22) Uti iam in introductione notavimus, epistula P. is Neumann ad P. em Smetana et alia P. is Smetana ad P. em Queloz nos latent.

(23) Annis 1818-1848 novem confratres in Regno Neapolitano ad dignitatem episcopalem promoti sunt (quorum an. 1851 quinque erant in vita), quod tamen superioribus minime gratum erat, uti patet v.g. ex epistula, quam Vic. gen. Iosephus Di Paola die 10 II 1824 dedit Vic. gen. Iosepho Passerat; edita in *Spic. hist.* 9 (1961) 197.

Quinto. Congregatio nostra specialiter laborat ad sustentandam fidem tot millium incolarum gentis Germanicae in America, quae maxime spirituali succursu destituta est. Jamvero incredibile dictu, quantum illa gens et nostra Provincia Americana indigeat subjectis longae experientiae et maturae aetatis; sunt autem tales pauci et hos inter numeramus P. Neumann.

Ideo, Beatissime Pater, Vicarius Generalis, Superior Provincialis in America (24) et ego infrascriptus convolamus et prosterimus nos ad pedes Sanctitatis Vestrae, eam enixe deprecantes, ut integrae Congregationi et Provinciae Americanae illum congregatum conservet.

In tota Congregatione Transalpina SS. Redemptoris ad Coelum funduntur preces, ut, S. Alphonso intercedente, ejus filii nunquam dignitate Episcopali vigeant. Confidimus Beatitudinem Vestram, cujus oracula ceteroquin semper adorabimus, nobis talia sensa condonare, quia fuerunt sancti Fundatoris nostri sensa, quia credimus hoc quod petimus nostrum bonum esse.

Profundissima ergo humilitate nostros timores et nostras indigentias ad pedes Sanctitatis Vestrae deponentes, confidimus constantissimae Suae erga nos clementiae et benevolentiae, ac benedictionem Apostolicam imploramus.

Beatitudinis Vestrae

Humillimus obsequiosissimus
gratissimusque servus
B. Queloz, Socius Procuratoris gen.
Congregationis SS. R.

12. - 1851 XII 8, Koblenz. - Libellus supplex Rudolphi von Smetana, Vicarii gen. CSSR Transalpinae, ad Pium PP. IX. - *Orig.*: APF SRCCG vol. 975 f° 104-104^v; *copia* typis cusa; APF Acta vol. 214 f° 55^v-56 (Sommaro n. XII); *adumbratio-minuta*: AG Pr.Am. V Personalialia (Neumann) (25).

Beatissime Pater!

Litteris certior factus, inter candidatos pro vacante Sede Episcopali Philadelphina in Statibus Foederatis Americae septentrionalis P. Joannem Neumann Congregationis nostrae Transalpinae (26)

(24) Bernardus Hafkenschaid, Vice-Provincialis nominatus mense X 1848 (WUEST, *Annales CSSR Prov. Americanae* I, Ilchester 1888, 410-411), post erect. Prov. Americanae (die 29 VI 1850; WUEST, *Annales* II 416) die 1 I 1851 primus Superior Provincialis nominatus est (*ibid.* 442).

(25) Tam epistula originalis in APF conservata, quam adumbratio-minuta epistulae in AG sunt integre m. p. a P.e Smetana scriptae. - Adsunt circa 10 leves variantes, quarum in notis 26-30 quasdam indicamus, alias negligentes utpote nullius momenti.

(26) In adumbratione: *Congregationis nostrae alumnum.*

propositum atque commendatum esse, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime deprecor, ut Sanctitas Vestra imminentem hanc Congregationi calamitatem benigne a nobis avertere dignetur. - Rationes humillimam meam petitionem sustentantes paucis exponam :

1°. Regula nostra a Benedicto XIV f.m. approbata sub gravi omnes Instituti nostri professos obligat ad renunciandum in perpetuum omnibus dignitatibus, officiis et beneficiis extra Congregationem, et ad recusanda ea quae ipsis oblata fuerint.

2°. Quanta sit hujus praecepti sapientia, quanti inviolata ejus custodia conferat ad humilitatem, sui ipsius abnegationem et disciplinam regularem tuendam atque conservandam, quantaque mala sint pertimescenda, si unquam alumni nostris pateret via ad ecclesiasticas dignitates, non est, quod copiosius explicemus; verissima enim esse, quae modo asseruimus, experientia testatur (27).

3°. Quod speciatim Provinciam nostram Americanam (28) attingit: Patres nostri ibidem labores suos imprimis impendunt in adjuvandis Germanis, inter omnes nationes maxime in America derelictis et ope spirituali destitutis. Neminis ideo magis interest, ut Provincia nostra (29) disciplina et zelo vigeat, et insignibus operariis numquam non careat, quam eorumdem Germanorum. Imo confidenter affirmare audeo, plus commodi et utilitatis saluti Germanorum universaeque Ecclesiae Catholicae in America accessurum esse continua et impigra Missionariorum nostrorum in ipsa nostra Congregatione efficacitate, quam unius Dioecesis recta administratione, pro qua ceteroquin alii viri dignissimi non desunt.

4°. Quamvis in Provinciis Europaeis tanta sit laborum copia, ut vires nostrae vix suppetant, nihilominus, attentis extremis Catholicorum praesertim Germanorum in America necessitatibus, eximios Missionarios in Provinciam Americanam misimus; si autem ex his ad Sedes Episcopales promoverentur et ideo Congregationi nostrae subtraherentur, impar essem lacunis inde ortis explendis, et ipsa Provinciae Americanae existentia in discrimen vocaretur.

Instantissime ergo oro et obsecro, ut Sanctitas Vestra tot et tantis clementiae et benevolentiae erga minimam nostram Congre-

(27) In adumbratione ultimus passus stilo plumbeo partim rescriptus est sequenti modo: Quanta sit huius praecepti sapientia, quanti inviolata ejus custodia conferat ad disciplinam regularem tuendam et conservandam, quantaque mala *ex contrario* sint pertimescenda, non *opus est ut copiosius explicetur, cum rei natura edoceatur.* - Verba omissa, prius atramento scripta, non sunt deleta sed unciis plumbeis inclusa.

(28) In adumbratione hic sequuntur verba: *nuperrime constitutam.* - Cfr supra not. 24.

(29) In adumbratione: *Provincia nostra Americana.*

gationem Transalpinam testimoniis novam et pretiosissimam gratiam adjicere, et I° Patri Joanni Neumann praeceptum obedientiae pro acceptanda dignitate Episcopali non imponere, et II° in genere benigne declarare et mandare dignetur, in posterum alumnos nostrae Congregationis Transalpinae pro vacantibus Sedibus Episcopalibus non esse proponendos.

Pedes Sanctitatis Vestrae summa veneratione exosculans, Benedictionem Apostolicam pro me et cunctis Congregationis Transalpinae alumnis devotissime imploro (30).

Sanctitatis Vestrae

humillimus et obedientissimus servus ac filius

Rudolphus Smetana C.SS.Red. Vicarius Generalis

Confluentiae, die 8^a Decembris 1851

13. - 1851 XII 12, Pittsburgh. - Epistula Michaelis O'Connor, Episcopi de Pittsburgh, ad Card. Frasoni. - *Orig.*: APF SRCG vol. 975 f° 81-81^v; *copia* typis cusa: APF Acta vol. 214 f° 47^v (Addizione al Sommario).

Eminentissime Princeps

Archiepiscopus Baltimorensis indicavit, se nomina Dominorum E. Purcell, J. Neumann, et Elder Eminentiae Tuae commendasse, ex quibus unum seligere Te rogavit pro Dioecesi Philadelphensi. Cum nunc meum fiat, Eminentiae Tuae indicare quid de illis sentiam, haec brevi dicam.

D. nus Purcell peritia in rebus temporalibus agendis eminet. Moribus, ni fallor, illibatis aequae illustris est. Nullam autem occasionem nactus sum cognoscendi, quali scientia ecclesiastica vel quanta pietate ornetur. Optime praedicare dicitur, scriptor est elegans et promptus, moribus etiam affabilis et quamvis in Hibernia natus hominem Americanum induisse videtur.

Pater Neumann est vir vere doctus et pius et in ecclesiasticis aequae ac in temporalibus rebus agendis versatus. Illum bene novi, dum in hac urbe superior erat Redemptoristarum, et semper maximi habui. Non dubito, quin Episcopus insignis esset, sed vix auderem illum pro Sede Philadelphensi commendare. Quamvis satis bene loquatur Anglice, non potest cum honore praedicare, et hoc Episcopo absolute necessarium hic est, et aliunde homines illius urbis vix illum aestimarent. Aegre valde ferrent hominem a moribus hujus regionis tam alienum illis imponi, nec utilitas Ecclesiae patitur, ut huic illorum sensui vis nimia afferatur.

(30) In adumbratione: *supplico*.

D.nus Elder, utpote Collegii Urbani alumnus, Eminentiae Tuae bene notus esse debet. Ex tribus solus est Americanus. Hoc illum commendat, sed vix aliam cognosco in eo qualitatem, quae eum tanto muneri aptum commendaret. Bonus quidem est, sed nec experientia nec alia qualibet re eum insignem esse unquam audivi. E contrario illum utpote virum in omnibus valde mediocre[m] semper audivi.

Cum omni quo par est obsequio maneo

Eminentiae Tuae

famulus humilis

✠ M. O'Connor

Ep. Pittsburgen.

Pittsburgi, die 12 Dec. 1851

14. - 1852 I 2, Richmond. - Epistula Ioannis McGill, Episcopi de Richmond, ad Card. Fransoni. - *Orig.*: APF SRC America Centrale vol. 16 f° 22-23 (31).

Eminentissime Princeps

Cum nuper a Sanctissimo Patre Rev.mus D.nus Franciscus P. Kenrick in Sedem Metropolitanam Baltimorem esset translatus, Ecclesia Philadelphiensis nunc episcopo caret. Ipse novus Archiepiscopus Baltimorensis nomina trium sacerdotum pro hac Sede vacante adduxit, quorum haec sunt nomina :

Dignissimus : Admodum Rev.dus D.nus Eduardus Purcell, ex Hibernia ortus, et nunc Dioeceseos Cincinnatensis Vicarius Generalis; - *Dignior* : Rev.dus D.nus Neumann, in Germania natus, et Societatis SS. Redemptoris socius; - *Dignus* : Rev.dus D.nus Guillelmus Elder, Seminarii Stae Mariae (vulgo Emmittsburg, Maryland) professor, et in foederatis provinciis Americae Sept. natus.

De commendatis in secundo et tertio loco perpauca dicere possum, quia merita et dotes eorum particulariter non cognosco; sed in meo iudicio neutrum pro hac dignitate, in civitate tam magna, turbulenta, difficili et adversariis nostrae sanctae religionis malignis tam plena, eligere expedit. Qui positus est ut dignior, Rev.dus D.nus Neumann, linguam Anglicam non satis bene loquitur, et timeo ne ejus electio, quamvis iis qui Germanica lingua utuntur acceptabilis, populo Americano minime gratiosa foret; et in nostra patria lingua Anglica principalis et magis episcopo necessaria et est nunc et in futuro esse debet.

(31) Haec epistula tardius Romam advenit, ut in « positione » typis imprimi posset.

Mihi videtur quod, omnibus mature perpensis, ex tribus commendatis pro hac Ecclesia, admodum Rev.dus D.nus E. Purcell longe praefendus sit. Sacerdos est enim bonis moribus, virtutibus et dotibus praeditus, qui eximia aestimatione ut praedicator eloquens, pastor fidelis, et administer (32) peritus gaudet. Cum gratulatione et gaudio a clero populoque fideli istius Dioeceseos reciperetur, si a Sanctissimo Patre eorum episcopus eligeretur.

Hoc tam magnum negotium Excellentissimo Pontifici Maximo et Eminentiae Tuae commendans, Benedictionem Apostolicam et etiam Tuam reverenter et humiliter efflagitans.

Eminentiae Tuae sum famulus humillimus in Jesu Christo

Joannes McGill
E.pus Richmonden.

Richmond, die 2^a Januarii MDCCCLII

15. - 1852 I 26, Roma. - Acta Congregationis generalis habitae super electione Episcopi de Philadelphia.

a. - Informatio cum dubiis solvendis typis cusa. - APF Acta vol. 214
p^o 46-47.

E.mi e R.mi Signori

1. - Stante la traslazione di Monsig. Francesco Patrizio Kenrick all'Arcivescovato di Baltimore, rimaneva vacante la Chiesa Episcopale di Filadelfia: quindi a tenore dei Decreti, coi quali viene stabilito il metodo della proposta o raccomandazione dei Vescovi degli Stati Uniti di America, l'istesso Monsig. Kenrick divisò tre soggetti atti all'ufficio, e nel darne parte alla S.C. ne avvertì pure gli altri Arcivescovi ed i Vescovi della Provincia stessa Baltimorese, cui appartiene Filadelfia, onde in proposito inviassero i lor sentimenti. Sebbene non si abbiano precisamente i voti di tutti i Prelati, siccome però fin dal principio di Ottobre venne fatta da Monsig. Kenrick l'analoga interpellazione e rilevandosi dalle lettere dello stesso Monsig. Arcivescovo di Baltimore, che non senza pregiudizio quella Diocesi resterebbe a lungo vacante, si è quindi stimato conveniente di esibire all'EE. VV. R.me i documenti già ricevuti.

2. - I soggetti prescelti dall'Arcivescovo di Baltimore sono:

1. D. Eduardo Purcell, fratello dell'Arcivescovo di Cincinnati;
2. P. Giovanni Neumann, Redentorista; 3. D. Guglielmo Elder, già alunno del Collegio Urbano, addetto alla Diocesi Baltimorese

(32) Administrator.

(Somm. n. 1). Peraltro lo stesso Prelato ebbe quindi cura di far conoscere (Somm. n. 4), che per aderire alle istanze del Vescovo di Richmond avea dato il primo posto al Purcell, mentr'egli credeva doversi assolutamente preferire il P. Neumann. Finalmente nel num. 9 egli stesso Monsig. Kenrick, rinnovando le istanze per la sollecita elezione del Vescovo di Filadelfia, a fronte degli elogi dati ai tre proposti non tralascia di opporre le eccezioni che a ciascuno potrebbon farsi.

3. - Dagli Arcivescovi non si hanno propriamente che le lettere di Monsig. Blanc di Nuova Orleans e di Monsig. Riccardo Kenrick di S. Louis, fratello dell'Arcivescovo Baltimorese, i quali si uniformano alla proposta di detto Arcivescovo di Baltimora (Somm. nn. 2 e 3). Sembrò opportuno proporre alla considerazione dell'EE. VV. una lettera dell'Arcivescovo di New York, diretta a spiegare e dichiarar meglio le osservazioni antecedentemente proposte sulla scelta dei Vescovi per gli Stati Uniti di America, quando trattavasi di provvedere la vacante Sede Baltimorese (33). Peraltro manca il parere di quel Prelato rapporto alla terna dei soggetti proposti per Filadelfia; come pure nulla si è ricevuto per parte di Monsig. Purcell, Arcivescovo di Cincinnati, che può credersi siasi astenuto dall'interloquire, trovandosi per primo nella terna il di lui fratello.

4. - Per quello in fine che riguarda i suffraganei della Provincia Baltimorese, il Vescovo di Charleston (num. 5) raccomanda in modo specialissimo il P. Neumann. Il Vescovo di Savannah (num. 6) proporrebbe di trasferire a Filadelfia Monsig. O'Connor, Vescovo di Pitzburg [*sic*]; né dee lasciarsi inosservato che secondo la lettera dell'Arcivescovo di New York, essendo riconosciute dal Governo le proprietà della Chiesa di Pitzburg, il cambiamento del Vescovo per questo riguardo incontrebbe ivi minori difficoltà. In tal caso il Vescovo di Savannah si dichiara in favore di D. Eduardo Purcell per la sede di Pitzburg che rimarrebbe vacante. Il Vescovo di Veheling [*sic*] (Somm. n. 8) propone delle osservazioni sopra i tre soggetti; ma in fine viene a dare la preferenza al secondo fra i proposti, ch'è il P. Neumann Redentorista. Non si è ommesso di aggiungere il parere del Vescovo di Chicago, esso pure in favore del P. Neumann, quantunque, essendo Chicago nella Provincia di S. Louis, questo Vescovo non è fra i chiamati ad esternare il proprio parere in questo affare. Era già compito il Sommario di questa Pienza, quando si ebbe la lettera

(33) Hanc epistulam non transcripsimus; cfr supra Doc. 7.

del Vescovo di Pitzburg, che si aggiunge dopo i dubbj. Il di lui giudizio non è molto favorevole al P. Neumann e a D. Guglielmo Elder; viene meglio esibito il primo fra i proposti, D. Eduardo Purcell. Non manca quindi se non il voto del Vescovo di Richmond (34), il quale, per quanto ne scrive Mons. Arcivescovo di Baltimore (num. 4), è decisamente in favore di D. Eduardo Purcell. Nel libretto intitolato *Gerarchia* ec. si aggiunge Providence fra le Chiese suffraganee di Baltimore; ma questo è l'antico titolo della Diocesi di Hartford, suffraganea di New York, non di Baltimore.

5. - In fine è da notarsi che lo stesso D. Eduardo Purcell fu già proposto per la Sede di Chicago fin dal 1848. Dalla relativa Ponenza, riferita nel mese di settembre del predetto anno, l'EE. VV. potranno rilevare le informazioni che allora si davano rapporto a questo soggetto. Finalmente l'attenzione dell'EE. VV. vien richiamata ai due numeri del Sommario, nei quali l'Agente dei Redentoristi in Roma ed il Vicario Generale di quella Congregazione, residente in Germania, si studiano di impedire la elezione del P. Neumann.

Sono quindi pregate l'EE. VV. Rev.me di risolvere i seguenti

DUBBJ

1. Supposto che abbiansi i necessarj elementi per divenire alla scelta del Vescovo di Filadelfia, se abbia a seguirsi la proposta del Vescovo di Savannah con trasferirvi Mons. O'Connor, Vescovo di Pitzburg?
 2. *Quatenus affirmative*, se procedere alla scelta del Vescovo di Pitzburg, profittando della terna esibita per Filadelfia?
 3. *Quatenus negative*, per quale dei proposti soggetti abbia a supplicarsi il S. Padre, onde provvedere la vacante Sede di Filadelfia?
15. - 1852 I 26, Roma. - Acta Congregationis generalis habitae super electione Episcopi de Philadelphia.
- b. - Notitia manu scripta Exc.mi Alexandri Barnabò, S. Congregationis de Propaganda Fide secretarii, de exitu Congregationis generalis habitae. - APF Acta vol. 214 f° 48.

In Congregatione Generali habita die 26 Januarii 1852

(34) Doc. 14.

E.mi Patres Castracane, Mattei, Patrizj, Barberini, Amat, Orioli, Altieri, Simonetti et Riario (35) ad propositas quaestiones respondendum censuerunt prout sequitur :

Ad 1. - Affirmative ad primam partem, negative ad secundam

Ad 2. - Provisum in praecedenti

Ad 3. - Supplicandum SS.mo pro R. P. Ioanne Neumann e Congregatione SS.mi Redemptoris, praevia dispensatione a voto emisso non acceptandi nec quaerendi directe vel indirecte dignitates atque etiam oblatas renunciandi et injuncto praecepto obediendi.

Pro E.mo Praefecto Relatore aegrotante
Al. Barnabò a secretis

16. - 1852 II 1, Roma. - Notitia manu scripta Exc.mi Alexandri Barnabò de confirmatione pontificia resolutionis Congregationis generalis diei 26 I 1852. - APF Acta vol. 214 fº 48.

Ex Audientia SS.mi die 1 Februarii 1852

SS.mus, audita relatione matureque perpensis omnibus locorum et personarum adjunctis nec non E.morum Patrum suffragiis, eorundem sententiam plene probavit ac confirmavit, jussitque expediti consuetis literis in forma Brevis.

Al. Barnabò a secretis

17. - 1852 II 5, Roma. - Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide de electione Exc.mi Neumann. - *Minuta*: APF Lettere e Decreti della S. C. e Biglietti di Mons. Segretario, vol. 341 (1852 I) fº 240.

Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide. Filadelfia. 5 Februarii 1852.

Cum ob translationem R. P. Domini Francisci Patritii Kenrick ab Ecclesia Philadelphiensi in foederatis Americae septentrionalis provinciis ad Metropolitanam Sedem Baltimoreensem memorata Philadelphiensis Ecclesia de novo Episcopo sit providenda, Sacra Congregatio de Propaganda Fide in generali conventu habito die 26 Januarii 1852, omnibus mature perpensis, censuit supplicandum SS.mo, ut ad vacantem Episcopatum Philadelphiensem dignetur assumere R. P. Joannem Neumann e Congregatione SS.mi Redemptoris, de cujus probitate, doctrina ac zelo in sacro

(35) Em.mus Thomas Riario-Sforza, Card. Diaconus S. Mariae in Via Lata (*8 I 1782 Neapoli, Card. creatus 10 III 1823 a Pio VII, † 14 III 1857 Romae), bene distinguendus ab Em.mo Xysto Riario-Sforza, archiepiscopo neapolitano (*5 XI 1810 Neapoli, Card. creato 19 I 1846 a Gregorio XVI, † 29 IX 1877 Neapoli.

obeundo ministerio plura eaque gravissima documenta prolata sunt, praevia dispensatione a voto emisso non acceptandi nec quaerendi directe vel indirecte dignitates atque etiam oblatas renunciandi.

Hanc vero S. C. sententiam, SS.mo Domino Nostro Pio Papae IX ab infrascripto S. Congregationis Secretario relatam in audientia diei 1 Februarii, Sanctitas Sua benigne in omnibus probavit literasque apostolicas in forma Brevis expediri iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum etc.

Eodem die 5 II 1852 suprascriptum decretum missum est Em.mo Aloisio Lambruschini, Brevium Pontificiorum secretario, « onde possa farsi la spedizione dell'Apostolico Breve » (36). Cum epistula diei 21 II Breve nominationis Exc.mi Neumann transmissum est Exc.mo Francisco Kenrick (37), qui die 19 III documentum recepit (38) et postridie in Collegium S. i Alfonsi, Baltimore, detulit (39). - Die tamen 1 III nuntius de nominatione iam ad Exc.mum Kenrick pervenerat (40).


(36) APF Lettere e Decreti della S. C. e Biglietti di Mons. Segretario vol. 341 (1852 I) f° 245^v.

(37) Ibid. f° 228^v.


(38) Ita ipse Neumann in curriculo vitae; cfr *Spic. hist.* II (1963) 104.

(39) Ibid.

(40) Cfr CURLEY, *Ven. John Neumann* 175.



STUDIA



RAYMUNDUS TELLERÍA

SACELLUM SCALENSE «S. MARIA DI MONTE»

ubi S. Alfonsus de condenda nova Congregatione secum deliberavit

Dissertatio antehac edita super primo excursu missionario Congregationis alfonsianae nascentis (1), nos suadet ut ex valle Tramontii in fere attiguum concham Scalensem regrediamur, conscensuri usque ad loci altiplanitiem montanam atque ingressuri sacellum seu parvum sanctuarium S. Mariae «di Monte», ubi S. Alfonsus peregrinus atque hospes constitit mensibus maio et iunio an. 1730 (2). Ad sacrae aedis umbram et coram B.M.V. effigie zelans missionarius, dum corporis vires laboribus apostolicis fractas reficit, merito describitur orationi instanter deditus, de opilionibus catechizandis sollicitus ac de nova congregatione missionaria instauranda secum deliberans. Iuvat proinde in medium proferre summarias archivi notitias, quae nobis hanc S. Alfonsi peregrinationem reponere quodammodo sinant intra illius aetatis cardinem historicum. Idcirco, postmissis super Scalae civitate edendis commentariis, hodiernis illuminare parumper conabimur adiuncta loci, temporis personarumque, quibus circumsessus fertur S. Alfonsus in sanctuarium ascendens tanquam advena et peregrinus.

I

PRAENOTAMINA SUPER ADIUNCTIS SANCTUARIUM TEMPORE S. ALFONSI

I. - *Loci adiuncta geographica et historica.*

Ex littore amalphitano viator in altum laboriose conscendens, quiescebat olim paulisper intra Scalae moenia (374-470 m. altitudinis), iisque prope ecclesiam et vicum S. Catharinae superatis, pergebat calcare clivosos montis tramites usque ad eiusdem fasti-

(1) Cfr *Spic. Hist.* 10 (1962) 179-217.

(2) Cfr *Spic. Hist.* 8 (1960) 427-428.

gium (1050 m.), mariano sanctuario conspicuum; unde tum circumstans naturae spectaculum, tum substans a longe speculum maris amalphitani compensabant abunde arduam ascensus defatigationem. Melius quam his immorari, ad scopum nostrum confert sublineare quam arcte geographica haec compages enutriebat ac regebat cunctam civium Scalensium activitatem: siquidem ea, quae in documentis coevis nuncupatur per excellentiam «la montagna», adest praesentia sua physica et morali plerisque municipum deliberationibus (3). Prae primis vastum territorium, pascuis silvisque locuples, comprehendebat non solum «fractiones» saluosas subiacentes et montis declivia usque ad Scalae ianuas, verum etiam altiugam planitiem, quae ex S. Maria «di Monte» protendebatur (circa 15 klm.) versus septentrionis colles, qui eminent civitati Lettere: etenim a tempore quo Amalphiae floruit respublica autonoma, haec ditionem suam ultra Scalenses montium vertices dilataverat, ut a dorso septentrionali reipublicae, nempe a littore Castri Maris (Castellammare) et a dissita Neapoli expugnationem sibi redderet impossibilem, exstructis in hunc finem castellis munitissimis intra civitatis Lettere «pertinentias» (4).

Hinc, deleta Amalphiae respublica, tanquam Medii Aevi postuma vestigia substiterunt longos annos confinium querelae, ita ut paene sub oculos S. Alfonsi aspiciamus cives Scalae et Lettere decertantes super pascuis montanis, quorum possessio in dominium incertum lapsu temporis abierat (5). Nec proinde miramur quod Scalae publici rectores acriter obstiterint marchioni «di Monterosso», qui armenta sua insciis municipibus ausus fuerat

(3) Harum deliberationum vestigia S. Alfonso coetanea decerpimus apud Acta municipii (Libro de' Parlamenti, 1711-1765), in quibus continentur edicta vel pacta super pabulatoriis iuribus, quae cedebantur suetis conditionibus, videlicet imposita lege vigilandi ne ex pascuis gerendis quid detrimenti caperent cetera montis bona communia, v.gr. (f. 129v): «Die 9 maji 1730. Si affitta il pascolo della Montagna». Item (f. 158): «Die 16 julii 1732. Erbaggio della Montagna per capre, vacche ... nelli luoghi di Cerrito e lo Chiaito».

(4) «Gli amalfitani estesero il loro dominio [saeculo IX] non solo su tutto il versante dei Monti Lattari che guarda il golfo di Salerno, ma occuparono pure il declivio che si specchia nel golfo di Napoli, impadronendosi dei borghi di Pino, di Gragnano e di Lettere, situati nel territorio dell'antica Stabia... fortificandoli in castra quasi inespugnabili... Il castello di Pino rappresentava il più sicuro baluardo di Agerola e di Amalfi, dalla parte del nord, perché proteggeva le vie di comunicazione che dalla pianura del Sarno salgono ai monti per ridiscendere alla riviera amalfitana». Fr. DE CAPUA, *Le tre chiese dei «castra» medievali di Lettere, di Gragnano e di Pino*, Napoli 1950, 7, 25.

(5) Apud S. Visitationis Regesta fit mentio litigiorum, quae inter utramque civitatem exardebant quinque annis ante S. Alfonsi peregrinationem: «Io sotto croce signato Genaro Bottone della città di Scala, avendo inteso publicar scomunica ad istanza della città di Ravello contro chi sapesse in quali parti precisamente della montagna di Cerrito fossero stati anticamente i termini della medesima per distinguera dalla montagna della città di Lettere, e li termini che presentemente si osservano in d^a montagna di Ravello siano moderni... Ravello 8 gennaio 1725». Arch. della ex-Cattedrale di Ravello, Visita di Mgr. Chiarelli, Sine fol. - Praefatum folium an. 1725 adnexum fuit. S. Visitationi posteriori.

pabulari intra herbosos montium limites(6). Vigil auctoritatis localis oppositio(7), facile explicatur, quia ex pingui huius territorii foetura trahebantur potiores Scalenses industriae: lignaria scilicet, carnaria, lanaria, carbonaria, casearia, et sic porro, additis quoque fructibus vineae citreique ex hortis atque agellis, qui dispersim civitatis domos praecingebant.

Huic ergo cardini geographico innexus regyrabat index civitatis oeconomicus et socialis. Gravis aut fere extrema pauperies, interdum a biographis alfonsianis proclamata, nequit dici generalis nisi quatenus divitiarum distributio inaequaliter vigeat: idcirco conferri debet cum iuratis declarationibus pro officiali censu (*catasto*) subscriptis, in quibus acervantur et computantur privatae civium substantiae, utique quoad redditus partim imminutae, ne proprietarii vectigalibus nimis onerosis obruerentur. Ad gregariam quod spectat ovium armentorumque supputationem, pro scopo nostri articuli valde utilem, ex eadem variis centenis conflata (8)

(6) Contigit factum iisdem fere diebus, nempe mense octobri an. 1732, quibus accingebatur S. Alfonsus ad prima Congregationis suae tentoria Scalae defigenda. Etenim D. Franciscus Mezzacapo, marchio di Monterosso, insciis Scalensis municipii ductoribus, ausus erat immittere « a pascolare sopra la Montagna quaranta o cinquanta pezzi di vacche ». Succensuerunt cives Scalenses: quare eosdem precatus est marchio, ut sibi liceret quattuor aut quinque saltem dies armenta sua depascere, iusto pretio solvendo. Annuerunt Scalenses municipes « per tutta la fine del corrente ottobre », refirmata conditione ne quid inde detrimenti bono publico obveniret. - Libro de' Parlamenti i. cit., die 5 octobris 1732 (f. 153).

(7) Oppositio et vigilantia tam auctoritatis quam privatorum trahebant originem ex duplici capite: quatenus scilicet ius pabulandi vendebatur sub hasta publica et quatenus eiusmodi venditio nequibat privatos cives expoliare cunctis eorum iuribus. Ecce venditionis protocollum compendiatim relatum: « Die 23 augusti 1736. In civitate Scalarum. In nostra presenza li magnifici Dr. fisico [*id est: medicus*] D. Andrea Battimelli e D. Andrea Falcone, Eletti..., hanno affittato a D. Matteo Romano l'erbaggio delli demanij ... per pascolo di tutte sorti di animali per lo spatio d'anni quattro per prezzo di docati 200 alla ragione di docati 50 l'anno ». Licitationem publicam concluserant « ad estinto di candela » eamque adiudicare debuissent D. Francisco Oliva, qui pro singulis annis obtulerat 55 ducatus: eidem tamen antepositus est praecitatus D. Matthaues Romano sub conditione: « acciò ogni cittadino possa andare a fare erba per dentro li territori demaniali ». Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., pacco 4661 (an. 1735-1737), Nicola Imperato, an. 1736, f. 186. - Conditionem vero appositam ac privatorum iura proculcabant locatores: unde nascebantur publicae coram notario protestationes, quoniam « è stato sempre lecito ad ogni cittadino non solo far pascolare i loro animali [*in territorio demaniali*], ma ancora far legna nelli medesimi gratis e senza pagare cosa alcuna ». Ibid., pacco 4662 (an. 1738-1750), an. 1740, f. 137v.

(8) Arch. di Stato, Napoli, Catasto, v. 3967, Scala Atti Preliminari (an. 1739, extra foliationem scribit cancellarius Franciscus M. Verone: « Il territorio di Scala è sassoso ed inculto: non vi sono affatto bovi aratori per non esservi terreno da semina, consistendo tutto in boschi, selve, giardini e vigne: vero vi sono poche partite di capre, delle quali la maggior parte sono de' forestieri, che si tengono in affitto da nostri cittadini e pascolano nella montagna demaniale ed in altri luoghi procomunali: e le poche de' cittadini, che in vero ascendono al numero di circa 400, si tengono da padroni per conto proprio, ma affittandosi per ricavare l'annua rendita di doc. 12 il centinajo. Vi sono ancora poche partite di vacche, delle quali la maggior parte sono de' forestieri, che pascolano pochi mesi dell'anno nella montagna demaniale e pagano l'erbaggio all'affittatore di d° demanio, e l'altre de' cittadini in tutto il numero di 40 incirca... E vi sono ancora due muli e circa

eruimus pastorum manipulum, cui evangelizando providebit S. Alfonsus inter fagos castaneasque sub tegmine S. Mariae « di Monte ».

2. - Sanctuarii facies historica et iuridica.

Quemadmodum pro vita quotidiana alenda cogebantur cives plurimi oculos et pedes in altum convertere, ita voluerunt attollere fidei palmas versus montis cacumen, in quo erexerant sacram Deiparae aedem quasi gentium gregumque palladium: quae sane erectio defixa fuit in areola, ubi extitisse praesumitur sub imperio romano fanum insigne, cui ex Scala expediebatur ascensio per semitam insuavem, hodieque in superno tractu priscis quadratis saxis fundatam.

Ad rem nostram satius confert, praelucentibus documentis infra citandis, detegere quadamtenus pii loci statum materiale ac iuridicum decurrentibus tribus vel quattuor primis decenniis saeculi XVIII, S. Alfonsi visitatione muneratis. Aegre quidem hodierna aetate, postquam funditus abrasum fuit B.M.V. sacellum et graviter conquassatum eremitorium (9), ex his quae supersunt aedificiorum reliquiis (10) effingere ac dimetiri possumus sive ecclesiolae magnitudinem, sive eremitorii contignationes. Nihilominus in dubium non venit quod parvum templum constabat unica navi, tribus autem altaribus: horum aliud divo Nicolao sacrum et propria cappella seiunctum, maius vero piissima B.M.V. Icone affabre sculpta animos illiciens. Suo namque ligneo simulacrostabat Gei Genitrix, Mater ac Regina, spirans potentiam et dulcedinem, suaviter manu laeva Filium suum stringens peregrinisque exhibens, dextra vero tenens librum apertum (11).

Adiacebat mariano delubro eremitorium quoddam seu cappel-

10 somari per uso di cittadini impiegatinel trasporto delle vetuaglie dalla marina ». - « Marina » in hoc loco indicat littus inter Amalphiam et Atrani, circa 400 mts. subtus Scalam iacens: unde nascebatur quotidie necessitas subvehendi atque evehendi merces. Per transennam connotetur cancellarii Franciscii Verone calliditas, utpote qui armentorum Scalensium copiam diminuit, ut exinde pariter minuantur taxae vectigales a regiis administris edictandae.

(9) Incendium contigisse fertur an. 1800, provocatum ex fortuito casu a quodam silvae custode. Cfr L. MANSI, *Cenni storici della città di Scala*, Salerno 1912, 26.

(10) Abhinc plures annos ad locum conscendimus oculisque cuncta perpendimus. Ex sanctuario non nisi quaedam fundamenta discrevimus ac terrae saxorumque aggerem. Stabat domus parva, cuius pars inferior praebibat aulam (hodie stabulum), superior autem numerabat tria quatuorve habitacula.

(11) Simulacrum B.M.V., postquam solo aequatum fuit sanctuarium, invenit refugium et cultum in ecclesia cathedrali Scalensi; nuperrime autem transmissum fuit custodiendum filiis S. Alfonsi Scalae commorantibus, qui illud publicae venerationi exposuerunt in altari maiori ecclesiolae, adiacentis domui nostrae Congregationis.

lani hospitium, cuius haud spernenda moles hodieque in loco aestimatur ex parietinis sive ruderationibus, quae noctu diuque perfugium praestant pecorariis ac venatoribus oberrantibus. Sacellum circumibat area sat ampla, herbida potius quam arboribus consita ac demum seminaria ab anno 1732, quo municipii «electi» seu ductores annuerunt ut cappellano fas esset colere circumstantes agellos ad fruges carpendas necessarios: quibus nutritus et redditibus cappellaniae nunquam pinguefactus cogebatur in edito loco, temperie hiemali etiam rigente, subiacere privationibus omnigenis, prae ceteris anachoreticae vivendi solitudini.

Cappellaniae iuridica fultura nitebatur lege patronatus, quo fruebatur familia Sorrentino, olim inter Scalenses clarissima. Cuius patronatus historicam originem retrotrahunt documenta nobis cognita saltem ad medium saeculum XVII. Enimvero post annum 1650 comparet D. Scipio Sorrentino, «Rationale» seu computator Regiae Camerae Summariae Neapoli, sed natalibus suis nobilis Scalensis, qui pro sua in Dei Genitricem devotione fundavit cappellaniam perpetuam, etsi laicalem, in beneficium sanctuarii. Laicalem dicimus propterea quod ipsi patrono eiusque successoribus inerat ius nominandi atque ad nutum amovendi cappellanum beneficiarium, reservata loci Ordinario facultate dumtaxat immitendi sacerdotem in possessionem sui beneficii. Officium porro secum ferebat onera commorandi diu noctuque prope sanctuarium ac celebrandi quattuor in hebdomada missas ad fundatoris intentionem (*Doc. I*).

Vita functo versus an. 1675 D. Scipione Sorrentino (12), patronum egit eius filius D. Franciscus Sorrentino, cui primis saeculi XVIII decenniis suffectum fuit tertium familiae directum virgultum D. Philippus Sorrentino. Haec sane periodus magni nostra interest, utpote quae immediate praecedat aut comitatur S. Alfonsi peregrinationem ac subsequentem illius apud Scalenses commorationem.

Intus sanctuarium fundata vigeat alia cappellania sub titulo

(12) D. Scipionis Sorrentino eiusque filii Francisci mentionem facit in suo testamento D. Michaël Angelus Sorrentino, primicerius cathedralis Scalensis et valde probabiliter familiae consanguineus: «Dichiaro come l'anni passati, tre anni dopo che fù morto il qm. Sig. Rationale della Regia Camera della Summaria Scipione Sorrentino, andai a Napoli ... ed essendo andato in casa del Sig. D. Francesco Sorrentino, figlio del dº qm. Rationale...». Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., pacco 6697, Stefano Verone, an. 1681-1682, f. 38, Super D. Scipione Sorrentino nihil inter notarios Scalenses invenimus ab anno 1650 ad an. 1682. Ceteroquin familiae Sorrentino adiudicatur Scalae cappella S. Mariae Constantinopolis sive «de Surrentinis» fundata a qm. Anna Surrentino an. 1588. Arch. della ex-Curia, Sacre Visite, f. 8v (1694: per Ill.mum Aloysium Capuano). - Ibid., sine fol., 1710: per Ill.mum Perrimezzi.

S. Nicolai, de qua nihil scimus nisi quod an. 1753 gerebatur ratione patrimonii a Rev.do D. Salvatore della Mura et onerabatur obligatione celebrandi 36 missas cum stipendio unius « carlini » pro singulis diebus (*Doc. IV*).

3. - *Cappellanorum elenchus.*

Cappellanorum B.M.V. elenchum, etsi lacunosum, comprobamus fuisse saepe saepius renovatum. Hoc sane mirabitur nemo qui praenoverit huius ecclesiastici beneficii condiciones oeconomicas et iuridicas hucusque a nobis insinuat: ex quibus fluit ex una parte quam arcte beneficiarius ligabatur placitis familiae Sorrentino, ex alia autem quanto pondere eremus incommodus et solitarius gravabat sacerdotum vires físicas et morales. Facile ergo deprehenditur cur, S. Alfonso in sanctuarium adveniente, comperit ille locum cappellano orbem et servitiis spiritualibus destitutum.

Primo itaque decimi octavi saeculi anno inserviebat ecclesiae cappellanus Rev.dus D. Scipio Pizzofferro, cui ob valetudinem imbecillioem substitutus fuit an. 1708 Rev.dus D. Laurentius Nastaro, saltem cognomine inter Scalenses eximius (13). Haud minus clariore familia Scalensi et Ravellensi promicat deinde alius cappellanus, Rev.dus D. Caietanus Mansi, qui aetate atque infirmitatibus similiter compeditus cessit an. 1726 munus suum Rev.do D. Carmino Sanmarco, sacerdoti Ravellensi (*Doc. II*).

Is ergo beneficiarius Sanmarco, quo tempore S. Alfonsus an. 1730 adiit aedem sacram, huius regimen iuridicum adhuc tenuisse videtur, etsi de facto praesumitur maluisse diutinam a servitio desertionem. Absentia quidem minus decora, quia illius culpa sanctuario illata fuerant damna tam ex incendio orta quam ex amissa suppellectili obvenientia: de quibus ipse accusatus et reparationem pollicitus sese verbis poenituit, sed operibus alienum se dixit quatenus ex districtu Scalensi discedens aufugit extra dioecesim: unde an. 1737 in ius vocatur coram Ravellensi curia atque ab ea sequestro bonorum plectitur (*Doc. III*).

Interea S. Alfonsus non modo in sanctuarium pervenit, sed apud ipsum mansit circumfusus eventibus externis atque internis, qui ex parte nostra requirunt ampliorem dilucidationem.

(13) In praecitato archivo ex-Curiae, Sacre Visite, f. 13: Cappella SS.mi Salvatoris: de Nastaris (in cathedrali ecclesia). - Item: Arch. di S. Lorenzo (ex-Cattedrale), Liber Conclusionum, 1719-1748, f. 11, 5 jan. 1727: « Al R.mo Capitolo siano pervenuti ducati 56 ... ad impiegarsi col R.do Sig. can.co D. Lorenzo e D. Andrea Nastaro, fratelli... ».

II

S. ALFONSUS AN. 1730 AD SANCTUARIUM PEREGRINUS OBIT
IN EO MINISTERIA APOSTOLICA*Praenotamen documentarium.*

Peregrinatio S. Alfonsi ad sanctuarium S. Mariae « di Monte » atque illius ibidem commoratio ultra mensem protracta ratae habentur historice ex duplici potissimum fonte, quorum prior resedit in adnotationibus manuscriptis P. is Sportelli, alter autem profluxit ex biographia P. is Tannoia. Idcirco congruum ducimus utriusque textum praemittere, ut tempestive dignoscantur ac rectius pensentur rerum personarumque adiuncta. Etenim P. Caesar Sportelli († 1750), a mense aprili an. 1733 Scalae habitator, colligere valuit recentes factorum memorias et per se ipse coram inspicere sanctuarii eremitoriique circuitum. E converso P. Tannoia, festinus ac serus Scalae hospes (14), nobis mandavit longiorem eventuum narrationem ex colloquio cum priscis Patribus desumptam. Utrumque textum, etsi aliunde notum, praelegere iuvat ad fricandam eventuum memoriam. Scribit namque P. Sportelli :

P.D. Alfonso con alcuni suoi compagni [*in margine*: 1730], tra quali D. Giovanni Mazzini, D. Mannaarini &c, per alcuni giorni volle andare a qualche luogo solitario &c. Fu scielto S. Nicola di Munuri [*Minori*] &c. Ma giunti in Amalfi, dal Vicario D. Angelo Criscuoli furono persuasi di portarsi in S. Maria de' Monte (15), come luoco egualmente solitario, più comodo, e che nel medesimo si potea dar aggiunto a caprari &c.

Con tale occasione fu invitato a fare una predica del SS.mo Sacramento, al Vescovado di Scala, e perché disegnava l'Altissimo &c, piacque: onde fu invitato per il seguente 7bre a fare gli esercizi nella solita ivi novena della Croce &c (16). E con tal congiuntura diede ancora gli esercizi a quel nuovo Monastero &c. Del quale informato e restato molto compiaciuto, tuttavia dicendo tal'una di quelle religiose, egli mai avesse abbracciato tale Istituto, quante... [*lacuna*] (17).

(14) [A. TANNOIA], *Della Vita ed Istituto del Ven. Alfonso M. Liguori*, I, Napoli 1798, 97. « Curioso vollen portarmi nella città di Scala per osservare di persona questa pomposa abitazione », id est, domum Anastasii.

(15) « Dei monti » est forma vulgata quoque a P. Tannoia; nihilominus documenta publica utuntur forma singulari « di Monte ». Formula « de Monte » seu « ad Montem » occurrit similiter in casali nucerino, dicto Casolla, v.gr.: « Emptio pro cappella S. Mariae ad Montem. Die 27 septembris 1751 ». *Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., Ioannes B^o Scafati*, an. 1751, f. 785. - Item.: an. 1750, f. 5: « Cappella et Confraternitas S. Mariae de Monte, casalis Casollae ».

(16) Agitur de novendiali annuo in honorem Crucis, id est, devotissimi et antiquissimi Crucifixi, fidelium venerationi expositi in crypta cathedralis Scalensis.

(17) Cfr *Spic. Hist.* 5 (1957) 234. - Item: *Analecta CSSR* 3(1924) 217.

Ex parte sua P. Tannoia an. 1798 traditionem viventem densat hisce verbis :

Non pervenne Alfonso in Napoli, dopo la campagna fatta in provincia di Lecce e di Bari, che molto consumato. I compagni che più l'amavano... pensarono per ristorarlo, cavarlo fuori di Napoli e farlo sollevare in qualche amena campagna. Varie pensate si fecero, che non si stimarono convenienti; ma avendo proposto D. Giuseppe Panza, gentiluomo e sacerdote della città di Amalfi, un romitaggio troppo ameno in vicinanza di questa città, perché sopra un colle ed in faccia al mare, piacque a tutti il progetto: e furono di comitiva con Alfonso D. Giuseppe Jorio, D. Giovanni Mazzini, il Panza ed altri che s'ignorano .

Il viaggio per mare non si ebbe troppo prospero. Invece di tirarsi ad Amalfi, a stento si approdò a Minori. Essendosi ristorati, bonacciato il mare, si portarono ad Amalfi. Mentre ivi stavano complimentando Monsignor Scorza, che n'era arcivescovo, giunge in tempo il canonico D. Matteo Criscuoli, Vicario di Scala. Usciti in discorso del motivo del loro viaggio, *perché*, disse il Criscuoli, *non venivene a S. Maria de' Monti sopra Scala? Ivi vi è un romitaggio con sufficiente abitazione: potreste sollevarvi ed anche far del bene a tanti poveri caprai, che vi dimorano e vivono abbandonati; ed io, soggiunse, vi do ogni mia facoltà e giurisdizione.* Non dispicque il partito. Maggiormente piacque ad Alfonso per l'occasione, che se li presentava, di poter far del bene a que' poveri campagnuoli.

Avvalendosi Alfonso in S. Maria de' Monti delle finezze e facoltà ricevute dal Vicario Criscuolo, non mancò situarvi il SS. Sacramento. Quivi nell'atto che dava sollievo al corpo, ricreavasi nello spirito colla presenza di Gesù Sacramentato. Fattosi noto il loro arrivo, si videro subito accerchiati i missionari da pastori e caprai e da altra gente che dispersa stava per quelle campagne. Non è credibile quanto questo concorso fosse di consolazione ad Alfonso. Così egli che i suoi compagni si posero a catechizzare questi contadini, ed a ricevere con tutta carità le confessioni. Dandosi quei pastori l'uno l'altro la voce, vi concorse altra gente: e riuscì la villeggiatura per i missionari una continuata, ma fruttuosa missione.

Fu questa l'occasione, e così Iddio fece conoscere ad Alfonso il gran bisogno spirituale, che si offre dalle tante anime che prive de' sacramenti e della divina parola, abbandonati marciscono per le campagne e paesetti rurali. Raccontava ei medesimo che buona parte di quei contadini vivevano all'intutto dimentichi di Dio: e quello ch'è più, perché lontani da' paesi, ignoranti ancora delle cose più necessarie: anzi tanti e tanti non si potevano abilitare alla confessione, se prima non s'istruivano e dirozzavano ne' primi rudimenti della fede (18).

Praegustata porro utraque relatione, restat in meliorem lucem advehere personas et facta, sepositis quoque nonnullis mendis narrationi tannoianae commixtis.

(18) A. TANNIOIA, 1. cit., 61-62.

I. - *Excursionis fautor* : *Rev.dus D. Iosephus Panza.*

Marginales errores, qui in relatione tannoiana subreptitant, ex eo proveniunt quod ipse eiusque primi informatores (19) retrogressi sunt usque ad annum 1732, post labores apostolicos in provincia Lecce et Bari, infirmitatem quam S. Alfonsus anteceperat circa festum Paschatis an. 1730, absoluto missionum certamine de quo alias diximus (20). Prope haec igitur solemnias paschalia an. 1730, dum viribus languens fit obvius amicis, unus ex his Rev.dus D. Iosephus Panza amalphitanus eidem proposuit tanquam efficax remedium interquiescere apud solitarium S. Nicolai eremitorium supra Minori colles amoenos, undis maris lambitos. Cunctis biographis alfonsianis haud acceptus fuit in minimis circumstantiis iste Rev.di Panza interventus: stat nihilominus quoad factorum substantiam, sive ob P.is Tannoia nomen, sive ex fundata eventuum connexionem (21).

Familia Panza seu Pansa, cuius claram stirpem innuit P. Tannoia, primo illius aevi decennio sibi acquisiverat in cathedrali amalphitana cappellam Immaculatae B.M.V. Conceptionis iure patronatus regendam (22) et praefato D. Iosepho Panza mox committendam. Equidem ad huius beneficii familiaris onera suscipienda vocatus est, etsi iam titulo patrimonii an. 1720 donatus (23),

(19) Testes in processibus beatificationis adducti loquuntur parum diversimode pro cuiusque informatione circa eventus distantes intervallo 60 annorum. Cfr *Nucerina ... Summarium super virtutibus*, Romae 1806, 98-128. Non sibi constat P. Tannoia, qui in processu ordinario S. Agathae (III, f. 1060) recte adiudicat peregrinationem anno 1730, sed mox deceptus ipsam postponit excursioni missionariae a S. Alfonso peractae in dioecesi Neritonensi (Nardò) atque in Apulia an. 1731-1732.

(20) Cfr *Spic. Hist.* 8 (1960) 431-432.

(21) In praecitato processu ordinario S. Agathae S. Alfonsus eiusque socii (D. Iosephus Iorio, D. Iosephus Porpora, D. Ioannes Mazzini), commoraturi in eremitorio S. Nicolai supra oppidum Minori, obvium sibi habent Amalphiae D. Iosephum Panza. Hanc suam declarationem P. Tannoia paulisper aptavit in biographia posteriore, quin pectine definitivo solveret cunctos nodos. Testificatur autem P. Mazzini se cum amicis DD. Iosepho Porpora et Iosepho Panza prima vice vidisse S. Alfonsum adhuc saecularem in ecclesia neapolitana « dei Girolamini », id est, Oratorii S. Philippi Nerii. Cfr Proc. Ord. Nuc., I, 30rv.

(22) « La seconda cappella all'entrate per la porta che conduce alla cappella del Ven. Sacramento ed avervi in essa fatto erigere altare e colonne, capitelli, paliotto et altri ornamenti di marmo e l'immagine dell'Immacolata Concezione della B.V. et anche la sepoltura ». Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., pacco 6721, Domenico Verone, an. 1707-1708, f. 154. - Fundator fuit « magnificus » D. Andreas Panza, cuius codicillum die 20 aprilis an. 1712 memorat suum filium Rev.dum D. Antonium et suum fratrem D. Caietanum. Ibid., pacco 6723, an. 1712-1713, f. 117v.

(23) « Donatio pro R.do Subdiacono Ioseph Panza ac Ven. Capp^a SS.ae Conceptionis intus cathedralem Amalphitanam. Die 2 ian. 1721. Constitutus mag. cus D. Hieronymus Panza civitatis Amalphiae ... Detto R.do sudd^o Giosepepe suo figlio sia tenuto dal di che sarà ascaso al sacerdozio e durante sua vita, non solo a celebrare la messa in tutte le domeniche e feste di qualsivoglia settimana, ma anche in tutti li giorni di quaresima ... dentro la metropolitana chiesa di S. Andrea apostolo, e proprio nella cappella della SS.ma Conce-

subdiaconus D. Iosephus, qui simul cum ecclesiasticis studiis disciplinas iuridicas excolebat: has ad tempus deposuit, ut edenda assumeret patris sui D. Francisci manuscripta historica, nempe duo volumina postuma: *Istoria di Amalfi* (Napoli 1724) (24), in quibus, praeter notitias respicientes Amalphiam, Scalam et Ravello (25), subduntur recentissimae de monasterio SS. Conceptionis an. 1720 Scalae inaugurato (26).

Illius amicitia cum S. Alfonso repetenda fortasse erit ex communi tribunalium frequentia vel, si fidem P. i Tannoia adstruimus, ex utriusque coeva adscriptione Missionibus Apostolicis (27). Quin etiam: teste eodem biographo, amicitiae ligamina sese ultra strinxerunt et D. Iosephum adduxerunt ut postmodum Instituto alfonsiano adhaereret: adhaesio quidem fuit in votis necnon occasionalis in missionibus cooperatio, sed de facto evanuit illius adscriptio nascenti Congregationi (28). Ceteroquin Rev. dus D. Iosephus Panza cum Scalae civitate reperitur devinctus a publico censu (*catasto*), ubi mox enumeratur inter alienigenas (*forestieri*) bonorum possessores (29). Ad haec, post plures annos occurrit ipse nobis sacerdos et doctor intra dioecesim amalphantanam, tanquam parochus oppidi Pianillo in edita planitie cui nomen Agerola (30), interea a S. Alfonso missionario exulta.

zione di sua famiglia de' Panza, costrutta dentro detta metropolitana chiesa de iure patronatus della sua casa ». Ibid., pacco 6727, Domenico Verone, an. 1721, f. 1. - Praeterea ibidem: pacco 6726, an. 1720, f. 218v: « Donatio ad titulum patrimonij clerico Joseph Panza ».

(24) Fr. PANSA, *Istoria di Amalfi*, Napoli 1724. Benedicto XIII dicatur opus, in cuius praefatione asserit D. Salvator Caputo quod D. Ios. Panza « geloso non meno dell'onore proprio che della fama e gloria del defunto zio, tralasciando per qualche spazio di tempo lo studio delle leggi ch'egli professava, ha atteso seriamente a raccogliere questa e altre opere dell'autore ».

(25) Curiosum est adsertum (II, p. 59): « Ravello e Scala sono così contigue che si per terra come per mare una sola rassembrano: di modo che per le finestre chiamar si sogliono da un paese all'altro... ».

(26) « In quo monasterio ad praesens sancte et religiose vivunt 22 moniales cum singulari observantia et admirabili praestantia morum » (II, 73).

(27) A. TANNIOIA, l. cit., 7: « Non mancò seguirlo D. Giuseppe Panza, gentiluomo della città di Amalfi e fratello con Alfonso della medesima congregazione delle Apostoliche Missioni ». Fatemur nobis effugisse nomen D. Iosephi Panza inter sodales Missionum Apostolicarum, dum lenta manu pervolvimus illius regesta. Cfr *Spic Hist.* 8 (1960) 393-452.

(28) Primis an. 1735 mensibus S. Alfonsus et Rev. mus Falcoia ad invicem per epistolas egerunt de Rev. di D. Iosephi Panza vocatione. Cfr *Anacleto* 12 (1933) 103, 104, 108. Concludebat die 25 martii Rev. mus Falcoia: « In D. Giuseppe Panza non vi fò gran fondamento: ma pure bramo saperne qualche cosa ». Post aliquos menses D. Iosephus Panza Scalam advenit concionaturus in oppidulo Minuto intra novendiale SS. Assumptionis et cum amicis ascensurus in sanctuarium S. Mariae di Monte ». Cfr *Epistolae Ven. Caesaris Sportelli*, Roma 1937, 20, 21, 22.

(29) Arch. di Stato, Napoli, *Catasto*, v. 3967, I, Scala. Atti preliminari (an. 1739), Sine fol.: « Forastieri possessori: R. D. Giuseppe Panza ».

(30) « Die 2 februarii 1748. In palatio Curiae archiepiscopalis Amalphiae. Constituti...

2. - *Alter excursionis stimulator* : *Rev. dus D. Angelus Criscuolo*.

PP. Sportelli et Tannoia concordant in eo quod, iuxta utriusque relationem, Vicarius Generalis Scalensis cognomine Criscuolo stimulos peregrinantibus addidit ut, potius quam secessum S. Nicolai supra oppidum Minori, deligerent eremitorium S. Mariae «di Monte» ad rusticandum seu melius ad silvescendum, quoniam inter reconditos saltus montium Cerriti seu Cerreto (m. 1316) et Cervigliani (m. 1203) dies feriatos egissent. Discrepant vero quoad Vicarii nomen baptismi; siquidem ipsum nuncupat D. Angelum Criscuoli P. Sportelli, e converso P. Tannoia compellat D. Matthaeum Criscuoli : unde olim credidimus (31) Vicarium in se cumulasse utrumque baptismi patronum : Matthaeum Angelum. Documenta vero hodie melius perspecta animum inclinant non modo ad duos Vicarios cognomine Criscuolo discernendos, sed ad priorem D. Angelum afferendum tanquam patrum alterius D. Matthaei : hunc dumtaxat novit P. Tannoia, qui eius nomen baptismi adiudicavit D. Angelo.

D. Angelus Criscuoli iam anno 1718 comparet aetate maturus inter collegas Capituli Scalensis. Etenim accedente novo antistite Rev.mo Nicolao Guerriero ad sacram ecclesiae cathedralis visitationem, ipsi praestant obedientiam 12 canonici, quos inter micat D. Angelus titulo poenitentiarum (32) : titulum quidem possidebat ante annum 1710, in quo a Rev.mo D. Iosepho M. Perrimezzi creatus erat Provicarius Generalis ecclesiae Scalensis (33). Attamen Rev.mus D. Nicolaus Guerriero, Ravelli semper commorans, renuisse videtur electioni aut confirmationi Vicarii Generalis pro ecclesia Scalensi : quamobrem an. 1721 DD. Iosephus et Didacus de Sasso «de regimine civitatis Salarum» (34) instituerunt re-

il M.to R.do D.re Sig. D. Giuseppe Panza, Parroco Rettore della Ven. Chiesa Parr.le di S. Maria della Manda del casale di Pianillo d'Agerola ». Arch. di Stato, Salerno, pacco 299, Stefano Vinaccia, an. 1748, f. 12. - Plures abhinc annos accessimus ad « casale » Pianillo, at non valuimus perscrutari archivum ecclesiae clausae illa hora nostrae visitationis.

(31) R. TELLERÍA, *San Alfonso Maria de Ligorio*, I, Madrid 1950, 146.

(32) Arch. Parr. S. Lorenzo (ex-Cattedrale), Sacra Visita, Guerriero, 1718-1719, f. 2-3.

(33) « Frater Ioseph Maria Perrimezzi ... Dilecto nobis in Christo adm. Rev. D. Angelo Criscuolo, canonico poenitentiarum ... Te in eadem ecclesia nostra Schalensi nostrum Provicarium et officialem in spiritualibus et temporalibus Generalem creamus, facimus, constituimus et deputamus ... Datum Ravelli ex nostro Episcopo hac die 27 februarii 1710 ». Arch. di Curia, Amalfi, Schalen, Acta civilia et criminalia, v. 17. Sine fol.

(34) Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., pacco 6727, Domenico Verone, an. 1721, f. 335, die 11 decembris. Fit historia controversiae ac sublineatur quomodo loci Ordinarius qua episcopus Scalensis erat suffraganeus archiepiscopi amalphitani, qua episcopus Ravellensis subiciebatur directe S. Sedi. Inter utramque sedem rivalitas Praesulem constringebat ut, placitis civium obsecundans, sese Scalae diceret episcopum Scalensem et Ravellensem, Ravelli autem episcopum Ravellensem et Scalensem.

cursum coram S. Congregatione Concilii, allegantes quod in decreto unionis dioecesium Scalae et Ravelli impositum erat episcopo utramque regere, praestituto suo cuique Vicario Generali: consequenter eodem anno 1721 nominati sunt pleno iure Vicarii Generales Rev.dus D. Angelus Criscuolo pro Scalensi, Rev.dus D. Angelus Pantaleo pro Ravellensi ecclesia.

Hunc rerum statum nobis describit post triennium, simul cum elogio Vicarii Scalensis, D. Iosephus Panza in praecitata *Istoria di Amalfi* (II, 74): «Iste Episcopus [Rev.mus D. Nicolaus Guerriero], cum sit praesul non tantum Ravelli quam etiam Scalensis ecclesiae, binos habet Vicarios... Primus vocatur Angelus Pantaleo a Pomarico... [Alter] Dominus Angelus vetustissimae et clarissimae familiae de Criscuolo civitatis Scalae, Vicarius Generalis eiusdem civitatis, vir apprime doctus et moribus praeditus, erga pauperes liberalis, doctrina et prudentia maxime fulget hoc honore, in sedandis et reconciliandis perturbatis animis efficacior est». Liqueat proinde quo auctoritatis titulo delegavit S. Alfonso eiusque sociis facultatem utendi sanctuario B.M.V. «di Monte» atque administrandi apud ipsum Ecclesiae sacramenta in beneficium pastorum aliorumque eo advenientium.

Convivebant (35) cum D. Angelo eius fratres D. Antonius et D. Vincentius doctor physicus, id est, medicus, cuius filius D. Matthaeus aemulatus est patris sui D. Angeli servitia dioecesi Scalensi reddita. Etenim die 16 iulii an. 1737 subdiaconus et doctor D. Matthaeus Criscuolo inter hebdomadarios ecclesiae cathedralis recipitur (36). Postmodum in civitatem haud dissitam Castri Maris (Castellammare di Stabia) migravit, fautore eiusdem loci episcopo Rev.mo D. Thoma Falcoia, a quo delectus fuit Vicarius Generalis et an. 1743 unus ex testibus ultimae suae voluntatis (37). Post obitum episcopi Stabiensis D. Matthaeus Criscuolo rediisse videtur Scalam, ubi saltem an. 1757-1758 instrumenta notarilia perficit tanquam ecclesiae cathedralis canonicus theologus (38) ac,

(35) «Die 27 novembris 1757 in civitate Salarum. Costituito D. Antonio Criscuolo ... ha asserito in presenza del Sig. D. Matteo Criscuolo suo nipote ex fratre penitenziere D. Angelo Criscuolo e Dr. fisico D. Vincenzo Criscuolo suoi fratelli...». Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., pacco 317, Francesco M. Cimino, an. 1758, f. 386v: «Die 5 sept. 1758... Costituito il R.do Sig. D. Matteo Criscuolo, can° teologo della città di Scala, e li M.ti R.di Sig. D. Nicola e D. Siggismondo Criscuolo, sacerdoti secolari di Scala...».

(36) «Die 16 iulii 1737 ... L'arcidiacono D. Emmanuele d'Afflitto propose come il suddiacono Dottor Sig. D. Matteo Criscuolo ... [si dovesse] ammetterlo fra gli ebdomadarii». Arch. Parr. di S. Lorenzo (ex-Cattedrale), Liber conclusionum, 1719-1804, f. 29v.

(37) Testamentum Rev.mi Falcoiae edidimus in *Analecta* 29 (1957) 109-115. Primus testis occurrit Rev.dus D. Nicolaus Criscuolo scalensis, tertius Rev.dus D. Matthaeus Criscuolo Vicarius Generalis.

(38) Vide supra, nota 35.

post aliud vicennium, die 10 iunii an. 1778 factus fuit Vicarius Capitularis ob translationem Rev.mi Michaëlis Tafuri dioecesi Cavensi (39).

Sed redeamus paulisper ad colloquium an. 1730 consertum Amalphiae inter S. Alfonsum eiusque socios et Rev.dum D. Angelum Criscuolo, qui ad illos proximavit dum venerationis obsequia ipsi exhibebant Rev.mo Petro Augustino Scorza, amalphitano archiepiscopo. Nomen huius Praesulis adducit P. Tannoia, ratus bona fide S. Alfonsi iter retardandum esse usque ad annum 1732: si vero — prout in hoc articulo sustinemus — anticipatur ad annum 1730, eo ipso excludendus erit tanquam colloquitor Rev.mus Scorza, qui ex sua Aprutinia (Teramo) sede translatus est in amalphanam mense aprili an. 1731 post obitum Rev.mi Michaëlis Bologna, mense februario eiusdem Amalphiae persignatum (40). Quapropter cum Rev.mo Bologna sermocinatos fuisse peregrinos nostros iure praesumimus.

3. - *Peregrinationis socii.*

Primo obtutu ex supra citatis textibus erueres PP. Sportelli et Tannoia funditus discrepasse circa numerum atque identitatem comitum peregrinantium cum S. Alfonso versum eremum S. Mariae «di Monte»; re autem ipsa mutuo se complent. In comperto sane manet P.em Sportelli, secus ac intellexerunt nonnulli biographi alfonsiani (41), minime locutum fuisse exclusivo sensu, quandoquidem expresse subintelligit alios («ceteros» ait ipse) socios, quos proprio cuiusque nomine designavit P. Tannoia, fretus seris traditionis testimoniis, etsi adhuc anceps haesit quoad unum alterumve itinerantem.

Praeter D. Iosephum Panza excursionis fautorem, indubius eiusdem particeps unanimi voce profertur Rev.dus D. Ioannes Mazzini, recens presbyter profundo fervore donatus, qui pridem S. Alfonsum causidicum admiratione prosequabatur eique iam sacerdoti fraterna amicitia adhaeserat. Cedebat quidem inter illos discrimen sodalitiis ecclesiastici, sub cuius vexillo separatim unusquisque laborabat, S. Alfonsus adscriptus Missionibus Apostolicis, Mazzini autem Congregationi ignatianae P.is Pavone; sed nullum

(39) Liber conclusionum, l. cit., f. 107v. Die 10 iunii 1778. Pro electione Vicarii Capitularis ... ob translationem R.mi Michaëlis Tafuri in civitatem Cavae.

(40) Cfr *Spic. Hist.* 8 (1960) 427, nota 43.

(41) Cfr C. DILSKRON, *Leben des hl. Alfonsus Maria de Liguori*, Regensburg 1887, 57; A. PICHLER, *Der hl. Alfons von Liguori*, Regensburg, 1922, 111. - Prior memorat Mazzini et Mannarini, alter adiungit D. Iosephum Panza.

inde manabat impedimentum ad communem utriusque cooperationem in virtutum exercitio fovendo atque in provehendis apostolatus negotiis. Participatio insuper P. is Mazzini in peregrinatione suadet etiam ex illius subsequenti necessitudine, saltem ante mensem octobrem ipsius anni 1730, cum monasterio Scalensi Visitationis (42) : unde coniectare licet praecedentes ad asceterium aditiones ab eo peractas.

Peregrinator alter a P. Sportelli, minime a P. Tannoia, enumeratur Rev. dus D. Vincentius Mannarini, de quo iam pridem scripsimus (43) : morabatur is in neapolitano collegio « Sinensium » seu Sacrae Familiae tanquam huius Congregationis membrum : aliter ergo ac S. Alfonsus, qui a mense iunio an. 1729 apud ipsum collegium hospitabatur simplici gradu convictoris. Sponte proinde fluit ex cohabitatione familiari consortium utriusque in adparando et perficiendo excursu Scalensi, ex quo post biennium plasmata fuit vocatio D. Vincentii Mannarini in novam S. Alfonsi Congregationem missionariam.

Super aliis excursionis membris perstant in incerto nebulae. Vere quidem in elencho P. is Tannoia tenet primum locum Rev. dus D. Iosephus Iorio, insignis missionarius et arcta consuetudine S. Alfonso ligatus (44), quanquam sodalitio P. is Pavone incorporatus. Nondum tamen prorsus absolvimus enucleandum vitae curriculum huius missionarii, quem opus est accurate distinguere a Rev. do D. Francisco Iorio, probabiliter D. Iosephi patruo atque adscito Missionibus Apostolicis, uti in priore articulo descripsimus (45). Huic D. Francisco, experientia ac meritis grandaevo, alludit S. Alfonsus in suo primo *Libello Spirituali* manuscripto quoties recenset consultationes « cum Iorio » habitas inter huius periodi anxietates spirituales. Ex opposito D. Iosephus Iorio, futurus S. Alfonsi cooperator in multiformi activitate, annis quoque erat illi propemodum coaevus ideoque nihil repugnat praesentia sua inter peregrinantes.

Utcumque demum fuerit rusticantium manipulus, quaternarius nempe vel quinarius (46), nequibat proprio Marte angustas eremitorii cellas multiplicare aut dilatare, praetermisso cuiusvis famuli servitio nullibi memorato : nec pariter aliunde constat uni-

(42) *Lettere di S. A.*, I, 5. Absolute loquendo explicari potest haec P. is Mazzini cum monasterio necessitudo ex visitatione, quam ipse peregit mense septembri una cum S. Alfonso ac de qua testatur in processu beatificationis. Proc. Ord. Nuc., I, 312.

(43) *Spic. Hist.* 10 (1962) 184, 194, 196, 212-214.

(44) *Ibid.* 411, 414, 417-419.

(45) In processu ordinario S. Agathae (III, 1060) P. Tannoia adfert quintum socium Rev. dum D. Iosephum Porpora : hunc, id temporis 30 annos natum, praecognovimus in Missionibus Apostolicis militantem (*Spic. Hist.* 8[1960] 422, nota 33) ac proinde S. Alfonsovalde affinem.

versos ac singulos feriarum participes procrastinasse reditum usque ad postremos dies.

4. - *Excursionis fructus potiores.*

Primigenium feriarum scopum collineabant peregrinantes, ut suas quisque — ac potissimum S. Alfonsus — corporis mentisque vires reficeret. Iure merito tantum beneficium sibi pollicebantur. Ex quo enim pedibus iugum mentis contriverunt exultantes, ipsis circumquaque patuit splendidum naturae linteum sursum deorsum amoenissimum: sursum quidem ultra silvosam planitiem, custoditam gemino supra memorato vertice Cerriti et Cervigliani: deorsum autem, praesertim ex podio dicto « Punta di Mostra Cupa », ob magnificum spectaculum substantis sinus amalphitani ac longinqui salernitani, quorum littora oppidis, pagis castellisque conspersa plurimum solem vernis radiis refringebant. Ad haec, per sanctuarii circuitum, undique silentium et pacifera menti solitudo: intra sanctuarium vero, latens SS. Sacramenti magnes ac B.V.M. dulcissima praesentia.

Dum corporali atque spirituali otio sereni interquiescunt S. Alfonsus eiusque amici, contueri coeperunt ad se properantes rudes pastores: primos sane pavidos nec loquela praestantes, ceteros autem in diem fidentiores. Exarsit ergo in sacerdotibus zelus animarum ac nulla interposita mora sese accinxerunt ad illos in via Domini instruendos ut, catechismi rudimentis praemuniti, possent etiam ingenio obtusiores perfrui beneficio absolutionis sacramentalis et mensae eucharisticae.

Hoc operariorum nostrorum vernantium ministerium, quo vividius historiae face colluceat, exigit quasdam explanationes propterea quod in supra decerptis paginis tannoianis opus est discernere narrationis nucleum Scalensem a commentis posterioribus. In primis quoad audientium numerum. Supponit namque P. Tannoia, et nos olim opinioni illius adhaesimus (47), convixisse in edita planitie S. Mariae « di Monte » agrestes cohortes, quae turmatim accurrebant ad missionarii instructiones avido ore potandas. Turma autem, hodierno nostro iudicio, numerice diluenda est, utpote quod grex ovinus atque vaccinus Scalensis, ut supra (nota 8) ex documentis accepimus, multiplicari nequit nec proinde inconsulto ultra unam alte-

(47) R. TELLERIA, *San Alfonso Maria de Ligorio*, I, Madrid 1950, 148. Illo iam tempore oculis pedibusque aream S. Mariae « di Monte » lustravimus, at non sufficienter vallem Tramontii: quam postmodum lentius percurrimus, calcando semitam Ravelli-Sambuco ac superando cacuminatum transitum (*il Passo*), quo vallis Tramontii cum altiplanitie Scalensi iungitur.

ramve duodecadem supputare opiliones armentariosque gregi pascendo addictos: duodecadem ex hypothesi augebis, si pastoribus Scalensibus adiungas eorum compares ex Lettere et Gragnano forsitan convenientes. His gregum custodibus cum addideris paucos selvifragos, lignorum nempe caesores ac carbonarios, habebis auditorum summam ordinariam (48).

Ordinariam dicimus, quia extraordinariam frequentiam substatere posse credimus fragmento tannoiano: mense scilicet maio vel iunio floruisset apud gentes finitimas consuetudo peregrinandi ad B.V.M. sanctuarium, ita ut an. 1730 densior fidelium concursus evenisset iisdem diebus ac S. Alfonsus ruricularum (*gente dispersa per quelle campagne*) corona stipatus fertur. Nullo hucusque documento suffragatam cernimus hanc hypothesim, licet a priori haud spernendam, quippe quod inter vallestres Tramontiates viget hodieque avitus mos conscendendi in regionis sacra delubra, quin ipsos ab ascensione deterreant plurimae itinerariae horae aut imperviae montium semitae (49). Porro praeter Tramontiates viantes per praerupta tres quattuorve horas, complerent hypotheticam peregrinationem incolae circumscriptionis Scalensis (Pontone, Minuto, Ravello, Sambuco) necnon montivagi altae planitiei habitatores (Pogerola, Agerola) aut accolae septentrionalis declivitatis (Orsano, Lettere, Gragnano, Pimonte). Sin aliter existimetur prorsus improbabilis quaevis peregrinatio, eo ipso imminui debet agmen convenientium, quale a P. Tannoia describitur.

Eadem critices lance repensare iuvat gradus culturae humanae ac instructionis religiosae personarum, quae ad sanctuarium conveniebant. Quibusdam S. Alfonsi biographis placuit asseverare pastorum Scalensium rationem vivendi parum disconvenisse a modo agendi pecudum, quas vigilanter pascebant. Indubitanter grandecebant ignorantia, at non certe grassiore quam alii incolae eiusdem coetus socialis ferebant: nec inter montes perpetim defixerant tentoria, sed periodice ad pabulandum greges constricti: quod si hac de causa cum substantis Scalae concivibus rumpebant ordinarium commercium civile ac religiosum, hoc trahebatur solummodo ad tempus et pro illis qui in proprias domos nequibant descendere: pro ceteris autem in monte vagantibus adesse praesto debebat confortans cappellani ministerium.

(48) Sunt qui asserant olim exstitisse, initio superno declivii Scalam respicientis, nucleum habitationum seu casarum ad usum saltem temporaneum familiarum: de quo nullum hodie comperimus vestigium.

(49) Nuper domenica secunda post Pentecosten obvias habuimus Tramontiates fidelium catervas, qui parochio aliove sacerdote duce descendebant ex edito sanctuario B.V.M. « dell'Avvocata » supra montes civitatis Maiori recondito. - Cfr *Spic. Hist.* 8 (1960) 393 ss.

Caeteroquin vix hodie concipimus quo iure Scalae civitas eiusque districtus laborasse praesumuntur ignorantia religiosa atque sacrorum ministrorum inopia. Ex coaevis etenim documentis conficimus tabellam publicam paroecialem, constantem nempe septem vel octo paroeciis (50), intra quarum ambitum agebant quinquaginta circiter sacerdotes (51), debebant autem 1500-2000 incolae (52). Quae quidem animarum sacerdotumque proportio, olim haud absona in regno neapolitano, minime impedit quominus futurus S. Alfonsi apostolatus inter Scalenses cives extollatur et muneretur publice tanquam necessarius ac beneficus. Sed de his redibit — Deo volente — sermo postquam absolvamus hodiernum de S. Maria « di Monte » commentarium.

5. - *S. Alfonsus de novo condendo Instituto secum deliberat.*

Contactus diuturni ac familiares inter S. Alfonsus et suos catechizatos pepererunt fructus salutare: prae primis in beneficium pastorum, pro quibus feriae zelantis apostoli mutatae sunt, ait P. Tannoia, in proficuum missionem. Sed pro missionario ipso obsignaverunt lapillo specifico tempus futurum. Enimvero quoties, labentibus annis, evocabat ille inter sui Instituti sodales cunabula primaeva Congregationis, toties menti ipsius subibat imago opilionum Scalensium: ex quibus, ultro in sermone procedens, pergebat ad ampliorem totius regni visionem, ubi messis animarum — praesertim rucolarum — erat plurima, pauci autem operarii in agro ad metendum prompti.

Ipsamet tunc aderat in agro seu in monte, rediturus tamen

(50) Ecce paroeciarum numerus ac tituli, quales pro annis 1730-1740 indicantur in foliis infra relatis et se ad invicem complementibus: a) « Parrocchia di S. Croce, unita alla arcipretura della Cattedrale »: quare ab aliis dicitur simpliciter paroecia ecclesiae cathedralis. - b) « Parrocchia di S. Giovanni dell'Acqua di Scala ». - c) « Parrocchia di S. Pietro a Castagna seu Campo Leone ». - d) « Parrocchia di S. Andrea di Panno ». - e) « Parrocchia di S. Stefania ». - f) « Parrocchia di S. Caterina, juspadronato della famiglia d'Afflito ». - g) « Parrocchia di S. Maria di Pontone ». - h) « Parrocchia dell'Annunziata di Minuto ». Adest etiam « paroecia Campidonici » (Campidoglio), probabiliter cum una ex praecedentibus « identificanda ». Cfr Arch. di Stato, Napoli, Catasto, v. 3967: Scala. Atti Preliminari. - Arch. dela Curia, Amalfi, Scalen., v. 19: paroecia Campidonici. - Arch. di S. Lorenzo (ex-Cattedrale), Lib. Defunct. Scal. Cathedralis (1702-1855). In hunc librum ecclesiae cathedralis confluebant Acta aliarum paroeciarum.

(51) Arch. del Municipio, Scala, Catasto an. 1740. Sine fol. In fine voluminis prostat elenchus nominativus, comprehendens 42 ecclesiasticos (canonicos, sacerdotes, tres diaconos) cum uniuscuiusque bonis. Caeteroquin cathedralis Capitulum an. 1720 constabat 16 dignitatibus et canonicis. Cfr O. GREGORIO, *Mons. Tommaso Falcoia*, Roma 1955, 135.

(52) Pro Scala simul et Ravello processu Datariae an. 1718 computat 350 domos (*fuochi*) et 3.000 animas; anno autem 1372 adsignat 500 domos, et 3.500 incolas. Arch. Vaticano, Proc. Datariae, v. 95, f. 146; v. 109, f. 55. Illa aetate, secus ac hodierna, Scala superabat Ravellum influxu oeconomico et politico, etsi episcopus Ravelli moraretur ratione palatii aptioris quam erat episcopium Scalense.

in urbem. Haec antinomia facta est illi mentis cordisque aculeus. Opinione nostra errant qui verbis testium materialibus freti considerant bubulcorum Scalensium ignorantiam et penuriam spiritualem tanquam unicam causam deliberationis a missionario in secessu protractae: a die namque an. 1724, quo inter sodales Missionum Apostolicarum legatione pro Christo fungebatur, quasi manibus contrectaverat haud multo dissimilem ignorantiam et catechetica inopiam apud piscatores insulae Prochydae littorisve Posillipi atque inter aratores bovillosque custodes Felicis Campaniae. Porro non solum intra se recogitaverat, sed etiam foras revixerat historiam evangelicam: «Et circuibat Iesus omnes civitates et castella... praedicans evangelium regni... Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem» (Matt., IX, 35-38).

Quibus divini Redemptoris dictis S. Alfonsus iustificavit post quattuor fere lustra suam Congregationem adolescentem (53), cuius exordium in mente sua plasmatum fuit hisce diebus prope B.M.V. «di Monte» effigiem. Sub illius praesidium caelesti lumine recreatus, non modo ipse misericordiâ deliquit erga Christi oves circum aedem vagantes, verum etiam celerius vibravit memoriâ operariorum, longe lateque in urbibus obdormientium. Abundabant profecto in neapolitana metropoli missionarii, at plerique extra moenia exire ac permanenter vivere recusabant, ruricolos in pagis dispersos evangelizaturi: quin immo, sodales inscripti confraternitatibus apostolicis dioecesanis enervabant salutiferos missionum effectus ex concomitantibus in plebe excolenda iniquationibus humanis, S. Alfonso apprimè notis ob hucusque ab eo praestitam collaborationem. Apud ipsos namque generatim desiderabantur maior vivendi austeritas, zelus cupiditatis orbis, concionum stylus egregie popularis, strictior unitas doctrinalis in rebus theologis, asceticis et moralibus aliaque his similia ligamina, praeter altiora vitae communis et obedientiae canonicae reservata societati religiosae stabiliter erectae.

His hominum lacunis cumulabatur alia valde gravis, coalescens ex distantia, quae communiter separabat operariorum sedem urbanam a municipiis ruralibus vel montanis. Separatio geographica consequentiis praegnans, utpote qua ex defectu viarum aut facilis locomotionis impediabatur frequentior nuntii evangelici re-

(53) In eodem sensu ac iisdem fere verbis expressis an. 1748 S. Alfonsus in sua Relatione ad card. Spinelli. Cfr *Lettere di S.A.*, I, 155-156.

ditio in paroecias iam evangelizatas simulque e contra fraudabantur desideria christifidelium habendi sibi proximos sacros ministros, quorum ductu ad bonam frugen sese tempore missionis receperant.

Antithesis porro inter necessitates populi spirituales ac modum insufficientem eisdem subveniendi cruciavit his hebdomadibus S. Alfonsus eumque induxit ut secum deliberaret de nova phalange missionaria noviter struenda: nova, quatenus insereretur cohortibus apostolicis Neapoli ex antiqua traditione militantibus: noviter, quatenus instrueretur renovatis evangelizandi armis ac castra metaretur extra locorum moenia («Fuori de' paesi»), in dioecesis nodo viario atque in vicinitate agri, sacris excursionibus lustrandi. Deliberationes eo exitu urgentiores, quod caprarii aliique in catechesi participes rependerunt praeconem Christi aureo pauperum stipendio, id est, effusa cordium gratitudine: eumque tandem abeuntem enixe deprecari sunt, ut ex urbe neapolitana quantocius apud ipsos regrederetur, completurus operam regenerationis moralis illis hebdomadibus susceptae.

Pari igitur modo ac S. Ignatius de Loyola, qui ad ripam fluminis Cardoner concepit mente germinales Societatis Iesu formas easque mystica visione intus sacellum La Storta postmodum definitive plasmandas suscepit (54), S. Alfonsus in secessu S. Mariae «di Monte» adumbravit lineamenta novae suae Congregationis. Hac tamen differentia, quod ipse a quinquennio verbi missionarii sator inter pauperes, potuit ordinaria Dei gratia — visionum experite — praespiciere specialem vocationem superne sibi adsignatam: quam non solum «in nuce» seu in germine amplecti properavit, sed specificè constitutam fermento missionario. Huic iniectus fuit sanguis integer doctrinae asceticae, Verbo Incarnato per imitationem adhaerentis, quam assequi, sugere et in proprium sucum convertere valuit ex accessione providentiali ad monasterium Scalense SS. Conceptionis.

6. - *Digitus Dei.*

Quot et quales hebdomadas egerit S. Alfonsus in eremitorio Scalensi pertingere valemus ex termino a quo et ad quem protracta est peregrinatio. Quoniam die 7 mensi maii an. 1730 clausam ille declaravit missionem in ecclesia neapolitana SS. Annuntiationis, repetere inde possumus initium excursionis amalphantanae: alterna-

(54) Cfr S. IGNACIO DE LOYOLA, *Obras completas*, ed. Larrañaga (BAC), Madrid 1947, 188: «A las márgenes del Cardoner, su primera idea del Instituto de la Compañía, que entrevisto ya en los ejercicios del *Reino de Cristo* y de las *Banderas*, pasó por su mente en aquella gran luz, al decir de Nadal, «como en sus razones y causas germinales». - Super visione habita intus La Storta, *Ibid.*, 503-512.

tim, quia die II mensis iunii, recurrente dominica infraoctava SS. Corporis Christi, Scalae concionatur ipse, plebi locali ac nobilium coetui ex suggestu acceptissimus, fundate concludimus vernaes in S. Maria «di Monte» ferias cessasse pridie magnae solemnitatis eucharisticae, scilicet feria quarta 7 iunii. Denique in Neapolim reditus festine evenit eadem die dominica post meridiem aut postridie summo mane, quandoquidem sub vesperum diei 12 interfuit Neapoli hebdomadariae sessioni Missionum Apostolicarum.

Brevis proinde fuit mora intra civitatis limites, at mire signata digito Dei, qui significasse videtur missionario suum beneplacitum duplici manifestatione: favore nempe Ordinarii loci atque initiali amicitia monasterii SS. Conceptionis. Errat iterum P. Tannoia, annis praedictis quod peregrinatio postferenda est ad an. 1732, dum sibi nunc proponit Rev. m. D. Antonium M. Santoro obvium factum S. Alfonso huicque dicentem suum ac populi desiderium exaudiendi proxima die dominica concionem eius eucharisticam. Equidem adhuc et ab anno 1718 praeerat dioecesi Rev. mus D. Nicolaus Guerriero (55), quem idem biographus antehac praenominat cuiusdam academiae theologiae Neapoli conditorem ac S. Alfonsi clerici in ea patronum (56). Si quae prius inter illos Neapoli cesserat amicitia, hanc solidavit Scalae haec nova animorum communicatio (57), statim aliis visitationibus adaugenda: unde tandem

(55) Quoniam Rev. mus D. Nicolaus Guerriero memoratur crebro a biographis alfonsianus, subnectimus breve vitae suae curriculum et fontes archivi hisce notis proximos. Porro natus erat an. 1668 in oppido Cammerosa, dioecesis Policastrensis: doctor in utroque penes universitatem neapolitanam functus est munere advocati in Curia neapolitana, mox advocati pauperum in Nuntiatura, inde Vicarii Apostolici in dioecesi Caputaquensi (Capaccio), demum iterum advocati in Nuntiatura: unde primis an. 1718 diebus assumptus est ad sedem Ravellensem et Scalensem regendam. Arch. Vat., Nunziatura di Napoli, v. 156, an. 1718, f. 5, 9, 25, 27; v. 129, f. 181, 189; v. 153, f. 666 (29 dic. 17176: Vicario Apostolico di Capaccio). - Ibid., Proc. Consist., v. 107, an. 1718, f. 524: Ravellensis et Scalensis Vacasse asseritur ecclesia ab an. 1714 per translationem Rev. mi Perrimezzi in Oppidensem (Oppido). - Ibid., Proc. Datariae, v. 95, an. 1718, f. 146: Ravellensis et Scalensis («Scala e Ravello faranno da 350 fuochi e 3.000 anime»). - Ibid. Acta Camerae, v. 27, an. 1718, die 6 aprilis, f. 64-65. - Ibid., Lettere di particolari, v. 120, an. 1718, f. 29. Epistola autographa data Neapoli die 11 ian. 1718, qua gratias agit Em^o Paolucci et nuntiat suum in Urbem adventum pro consecratione episcopali. - Item: Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., Scala, pacco 6713, Biagio Imperato, an. 1718, f. 68 (nominatio procuratoris), f. 69 (captatio possessionis), f. 70v. (Breve Clementis XI), f. 72 (supplicatio pro exequatur huiusque concessio).

(56) A. TANNOLA, *l. cit.*, 32: «Fatto ecclesiastico frequentava quelle [case] de' primi luminari del clero napolitano, ove accademia vi fosse di cose teologiche: e tra gli altri quella di D. Nicolò Guerriero, uomo molto illuminato e dotto, che fu poi vescovo di Scala e Ravello». Non postea fuit episcopus, ut asserit biographus, sed iam erat ab an. 1718, id est, sex annis prius quam S. Alfonsus militiae ecclesiasticae adscriberetur. Academiam autem, si quae in domo sua nata est, nequibat ex sua dioecesi efficaciter gubernare nec ad eam confovendam redire Neapolim nutu proprio contra prohibitionem S. Sedis.

(57) Hisce vernis hebdomadibus praesumitur adfuisse in sede Rev. mus Guerriero, qui die 20 aprilis an. 1730 «in palatio episcopali eiusdem civitatis», id est, Ravelli delegit

orta est benevolentia qua eximius Praesul acceptavit et probavit S. Alfonsi deliberationes circa praeconceptum Institutum missionarium. Angebant exemplarem antistitem, una cum his quaestionibus spiritualibus, aliae materiales, quae ipsum illis mensibus adegerunt ut de montanis Mensae castanetis decertaret Romae et Neapoli (58) contra Ravellenses municipes, ab eo plectendos censuris canonicis et locali interdicto: certamen pro ipso mortale, quia dum illud duos menses Neapoli prosequutus est (59), ibidem morti sexagenarius occubuit mense aprili (60) an. 1732 quin benedictionem suam impertiri valuisset novo Instituto alfonsiano iam iam exordienti.

Initialis supra insinuata amicitia S. Alfonsi cum monasterio SS. Conceptionis ex eo prosiluit, quod fervens missionarius post conclamata (61) in cathedrali Scalensi eucharisticam concionem habuit aliam asceticam ad sanctimoniales, quas inter dignovit Ven. Mariam Caelestem Crostarosa, deinceps per triennium innectendam foundationi duplicis Instituti SS. Salvatoris. Primam hanc monasterio aditionem subsequuta sunt mense septembri diuturna colloquia occasione novendialis SS. Crucifixi in cathedrali ecclesia celebrati atque intervallo exercitiorum spiritualium, quorum fructus sese vicissim refudit in animam S. Alfonsi inhiantis sibi adstringere moniales Scalenses orantes tanquam cooperatrices spirituales in molimine suo specificè missionario (62).

7. - *Super S. Mariae «di Monte» epilogus.*

A scopo hodie nobis praefixo exsulat immorari in annalibus foundationis Scalensis, inauguratae die 9 novembris an. 1732. Subii-

suum procuratorem D. Gabrielem Pacelli Neapoli acturum. Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., pacco 4666, Luigi d'Amato (Ravellensis), an. 1730, f. 91v.

(58) Arch. Vaticano, Vescovi, v. 155, f. 129. Epistola autographa, data die 6 martii an. 1731, qua implorat S. Sedis praesidium ut per Nuntium neapolitanum sibi benevolentiam proregis et delegati regiae iurisdictionis acquirat.

(59) Sub finem huius anni 1731 nuntius neapolitanus communicat card. Banchieri quod ex 24 episcopis antehac extra residentiam morantibus Neapoli, remanent 10, quos inter « Mons. Vesc° di Scala e Ravello per interessi della sua Chiesa ». Arch. Vaticano, Nunz. Napoli, v. 182, f. 542.

(60) In Processu Consistoriali sui successoris legimus: « Vacano le dette chiese per la morte di Mons. Nicolò Guerriero... seguita nella città di Napoli nel mese di aprile... ». Arch. Vaticano, Proc. Consist., v. 118, an. 1732, f. 446: Ravellensis et Scalensis. - Defuncti Praesulis modestiam et exemplarem paupertatem nobis mandavit inventarium suorum bonorum confectum in palatio episcopali Ravellensi die 21 aprilis eiusdem anni. Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., Imperato Nicola, an. 1732, april. 21.

(61) Cfr A. TANNOLA, *l. cit.*, 63: « Tutto l'uditorio non solo pianse, ma prorompe se vide in singhiozzi e schiamazzi: e tali, che anche l'intesero nel vicino Conservatorio delle monache del Salvatore ».

(62) *Lettere di S.A.*, I, 1-8.

cius dumtaxat S. Alfonsum eiusque primos sodales perrexisse opus evangelizationis inter pastores montanos: eo maximum quod incipiente novo Instituto sese transferre Scalam voluit dioecesis novellus Praesul Rev.mus D. Antonius M. Santoro (63) et quod, saltem a mense maii eiusdem anni, cappellariam S. Mariae «di Monte» regebat (*Doc. V*) Rev.dus Stephanus Cappuccio, inter cappellanos vere insignis, utpote qui die 4 ianuarii an. 1767, etiamsi canonicus, adhuc possidet cappellariam, quam post tres dies cessisse videtur Rev.do D. Andrea Cappuccio, donec an. 1771 compareret beneficiatus Rev.dus D. Salvator Cappuccio (*Doc. VI*).

S. Alfonsus, quem summopere delectabant saxa Scalensia (64), praesumitur non semel revidisse pastores montanos, dum annis 1332-1733 constitit in civitate roborans primam foundationem. Absens postmodum an. 1734 in secunda Instituti domo seu Villa Liberi notitias libenter excipiebat apostolatus, quem inter opiliones S. Mariae «di Monte» exercuit mense iulio Ven. D. Ianuarius Sarnelli, Congregationis decus (65). Similiter anno sequenti gavisus est de proposito, quod fovebat D. Iosephus Panza, scilicet peregrinandi in sanctuarium mense augusto cum quibusdam amicis amalphanis (66) ibique obeundi consueta ministeria in beneficium animarum.

Interea germinandas curaverat sementes in corde suo factas ad pedes B.V.M. «di Monte». Iteratae declarationes testium in processu beatificationis commonstrant quod, dum ille labentibus annis cunabula Instituto sui retrospectiebat mente, huic occurrebant feriae an. 1730 tanquam primum stadium agonale novae Congregatio-

(63) Libro de' Parlamenti, l. cit., f. 153v. - « [Otto dicembre 1732] Mgr. Santoro ha determinato venire ad habitare in questa città, e perché il palazzo Vescovile l'anno passati per essere cascato si diedero le pietre al nuovo monistero... l'Ill.mo Vescovo [vuole] accomodare l'edificio di casa della Mensa, sito nel luogo dello Campo ». Ad restaurationem donarunt municipes ducatus 200. Remittimus in aliam occasionem, ne fiamus prolixiores, notitias super Revmo Santoro, cuius auctoritas et participatio in condendo Instituto alfonsiano dignae sunt, quae recolantur.

(64) Ad illum rescripsit Rev.mus Falcoia die 3 iunii an. 1733: « Mi consola il sentire che tanto vi piacciono le pietre di Scala ». *Analecta* 11 (1932) 169. Ceteroquin fruitur Scala prospectu circum undique pulcherrimo, quo artium (poëseos, picturae) periti scandinavii conveniunt mensibus aestivis, fortasse memores strophae:

« Sic inter cineres veteranaeque rudera plenum

Delitiis pandit florida Scala penu ». M. CAMERA, *Istoria della città e costiera amalfitana*, Napoli 1836, 301.

(65) Die 11 iulii an. 1734 idem Rev.mus Falcoia ad S. Alfonsum in Villa Liberi comorantem: « D. Gennaro [Sarnelli] sta per questo mese su la Madonna de' Monti, ed ivi fa gran giovamento a quei pastori ed ad altra gente che vi concorre: tanto più, che hanno ottenuto di conservarvisi il SS. Sacramento, e stà facendo altre fatighe ». *Ibid.*, 362.

(66) Die 19 augusti an. 1735 Ven. P. Caesar Sportelli ex Scala ad S. Alfonsum adhuc in Villa Liberi habitantem: « Esso Sig. D. Giuseppe Panza... dice voler andare assieme con certi di Amalfi in S. Maria de' Monti ». *Epistolae Ven. Caesaris Sportelli*, Roma 1937, 20.

nis (67). Quoad naturam et amplitudinem deliberationum manet opinandi libertas (68). Unum negabit nemo: quod vexillo suo missionario ex tunc appositum fuit nomen divinae Corredentricis quae, diversis mox advocacionibus elata (69), facta est apostolatus alfonsiani Socia, Auxiliatrix et Magistra.

DOCUMENTA

I

Rev. dus D. Laurentius Nastaro deligitur an. 1708 cappellanus S. Mariae di Monte a Loci Pii patrono D. Philippo Surrentino

Ravello, Arch. Parr. (ex-Cattedrale), Civilia, 1701-1782. - Copia.

All'Ill.mo Mons.r Vesc^o della città di Scala e Ravello.

Il Dr. Filippo Sorrentino espone a V.S. Ill.ma come tenendo nominato per suo cappellano della Ven.le Chiesa di S.ta M^a di Monte, sita sopra la montagna di Scala, il R.do D. Scipione Pizzoferro in virtù della fondazione di d^a cappellania con il jus nominandi seu praesentandi concesso dalli Predecessori di V.S. Ill.ma al quondam Rationale della Regia Camera Scipione Sorrentino, suo avo, per se, suoi eredi e successori da primogenito in primogenito in perpetuum amovibile d^o cappellano ad nutum di d^o fondatore e suoi successori, senza potervi inserire né la Corte Vescovile di V.S. Ill.ma né la R.da Fabrica Apostolica, come appare dall'instrumento della fondazione di d^a cappellania e decreto di assenso di d^a Corte Vescovile, alli quali in omnibus s'habbia relazione, et havendo di presente d^o Rev.do D. Scipione Pizzoferro rinunciato d^a cappellania per causa di sue indisposizioni: che perciò in virtù di d^a facoltà et jus di nominare d^o cappellano, che all'oratore spetta come erede ex primogenito di d^o quondam Rationale Scipione, nomina per cappellano di d^a D. Lorenzo Nastaro con obligo di dovere d^o D. Lorenzo non soltanto assistere continuamente di giorno et di notte in d^a chiesa di S.ta Maria di Monte sopra la montagna della città di Scala et anche nella medesima chiesa celebrare quattro messe la settimana secondo l'intenzione del fù d^o quondam Rationale Scipione fondatore, ma ancora debba osservare ad unguem ogn'altra cosa contenuta nell'instrumento di d^a fondazione con essere il medesimo D. Lorenzo cappellano ut supra amovibile ad nutum del medesimo oratore, giusta d^o instramento di d^a fondazione.

Supplica intanto V.S. Ill.ma di ammettere d^o D. Lorenzo per cappellano dell'oratore in d^a chiesa di S^a M^a di Monte con le prerogative et ogni altro

(67) Hos praecipuos testes exhibet M. DE MEULEMEESTER, *Origines de la Congrégation du Très Saint-Rédempteur*, Louvain 1953, 22-24.

(68) Ad minimum reducere videtur has deliberationes praefatus De Meulemeester (*Ibid.*, 24), haud satis perpendens adiuncta geographica, personalia atque historica.

(69) Cf. *Spic. Hist.* 3 (1955) 125-152.

jus che hanno goduto i predecessori cappellani nominati dall'oratore e suoi antecessori con li medesimi pesi et amovibile ad nutum ut sup^a, con darsele il possesso di d^a cappellania, acciò la d^a chiesa sia servita et non resti in abbandono: è giusto e lo riceverà a grazia singolarissima.

Io D. Filippo Sorrentino nomino ut supra.

[*Decretum Curiae:*] Per R.num D.num Gen.lem Vicarius Scalen. viso supra dicto supplici libello fuit provisum et decretum quod R.dus Laurentius Nastarus immittatur in possessionem supra enunciatae cappellaniae cum conditionibus in d^o memoriali expressis, et proinde committimus notario in Actibus Rev. Curiae adscripto quod illum immittat in veram, realem et pacificam possessionem dictae cappellaniae cum omnibus honoribus et oneribus solitis et consuetis: et ita...

Datum Scalis in Episcopali Curia hac die 19 m. julij 1708.

Andreas Sassus, Vicarius Gen.lis Scalen.
De Augustino [cancellarius] pro Curia.

[*Fides actus possessionis:*] Die 19 m. julij 1708 in d^a montanea civitatis Scalensis atque in d^a Ven.li ecclesia Rev.dus Laurentius Nastaro ante altare majus genuflexus cepit possessionem in vigore supra dicti decreti dictae cappellaniae ornando et desornando praefatum altare et praesentibus protestibus Rev.do D. Nicolao Amendola, Rev.do D. Domenico Afeltro, Carmine Imperato civitatis Scalem. et aliis, et per me D. Carolum Manso fuit stipulatus actus dictae possessionis pacifice et quiete. .

[*Ad folii dorsum:*] A dì 19 luglio 1708 poss. pigliata da D. Lorenzo Nastaro della capp.nia di S^a M^a di Monte.

II

Rev.dus D. Carmine Sanmarco declaratur an. 1726 cappellanus S. Mariae « di Monte » ac munus retinet quo tempore Scalae vixit S. Alfonsus.

Ravello, Arch. Parr., 1. cit. - Originale.

[*Ad folii dorsum:*] Bulla del R.D. Carmine Sanmarco per S. Maria di Monte.

Nicolaus Guerriero U.I. Dr., Sac. Theol. Prof., Dei et Ap.licae Sedis gratia Episcopus Scalen. et Ravellen., eidem Sanctae Sedi immediate subjectus.

Dilecto Nobis in Christo Rev. D. Carmino Sanmarco, sacerdoti hujus civitatis Ravelli, salutem in D.no, qui est vera salus. Vitae ac morum laudabilisque virtutis tuae [exempla] Nos inducunt ut ad gratias tibi redamur liberales. Cumque Nobis fuerit expositum:

All'III.mo Mons.r Vesc.vo di Scala e Ravello. Il Dr. Filippo Sorrentino espone a V.S. Ill.mo come per l'età avanzata e continue infermità del Rev.do D. Gaetano Manzo, che tiene nominato per cappellano della Ven.le

chiesa di S. Maria di Monte sita sopra la montagna della città di Scala, il medesimo si è reso inabile a poter continuare la carica sudetta; per il che l'ha rimosso da detta cappellania: e dovendosi da esso Oratore nominare altro cappellano in virtù del jus patronato, che fu concesso al quondam Razionale della Regia Camera Scipione Surrentino suo avo, e suoi discendenti primogeniti: che perciò nomina per cappellano di d^a Ven. Chiesa di Maria di Monte il Rev.do D. Carmine Sanmarco in luogo di d^o Rev.do D. Gaetano, con l'obbligo al d^o D. Carmine non solo di celebrare quattro messe la settimana secondo fù l'intenzione del d^o Razional Scipione fondatore di d^a Ven.le Chiesa, ma ancora di continuamente abitare di giorno e di notte in d^a Ven.le Chiesa: il qual cappellano sia amovibile ad nutum dell'Oratore medesimo a tenore delle espresse condizioni apposte nell'istromento di d^a fundazione, al quale in omnibus s'habbia relazione. Supplica in tanto V.S. Ill.ma accettare la nomina sud^a ed ordinare che lo stesso D. Carmine possa esercitare la carica in d^a chiesa, e l'avrà a grazia singularissima.

Io Dr. Filippo Surrentino nomino ut supra.
In calce cujus decrevimus ut sequitur:

Iesus. - Visis expositis ac stante notoria et perpetua inhabilitate Rev. D. Cajetani Manso ad celebrandum et inserviendum ecclesiae S. Mariae de Monte, Ill.mus et Rev.mus D.nus Ep.us praesentationem admisit et mandavit expedire Litteras Bullares in personam R.di D. Carmini Sanmarco, sacerdotis Ravellen., prout praesenti decreto.

Datum Ravelli ex Palatio Episcopali die ultima augusti 1726.

Nicolaus Ep.us Scalen. et Ravellen.
Pisanus canc.rus

Ideo vigore praesentium Te supra dictum R.D. Carminum nominatum de dicta cappellania investimus, et cappellanum deputamus cum omnibus juribus, emolumentis caeterisque obventionibus solitis et consuetis praestari aliis cappellanis S. Mariae de Monte civitatis Scalen. - Mandamus omnibus ad quos spectat ut Te in talem recognoscant, tractent et reputent. Committentes nostro Gen.li Vicario Scalen. U.I.D. D. Angelo can. Criscuolo ut in possessionem dictae Cappellaniae veram et realem inducat, et inductum manuteneat, amoto quovis illicito detentore et signanter dicto D. Cajetano ex causis supra enunciatis.

Datum Ravelli ex nostro Episcopo die prima septembris 1726.

[*Manu propria*:] Nic. Ep.us Scalen. et Ravellen.
Pro D. Carmino San Marco

Adest sigillum.

[*Ad folii dorsum*:] Fidem facio ego D. Carolus Mansi Ravellen., publicus Notarius in Arch. Rom. Curiae adscriptus, qualiter sub die secunda mensis septembris millesimo septingentesimo vigesimo sexto in civitate Scalensi, et proprie in Ven.li Ecclesia S. ae Mariae de Monte sistente in montanea dictae civitatis; ibidem dum essemus intus eandem ecclesiam

Per-Ill.mus et Rev.mus U.J.D.D. Angelus Criscuolo Vic. Gen. dictae civitatis retro scriptam Bullam posuit et immisit in veram, realem et corporalem possessionem retroscriptae cappellaniae retroscriptum Rev. D. Carminum Sanmarco: qui genuflexus ante altare majus ecclesiae oravit aliquantum, postea ornando et exornando praefatum altare aliosque actus faciendo denotantia[sic] verae possessionis cepit et apprehendit veram, realem, pacificam, corporalem et expeditam possessionem retroscriptae cappellaniae sibi collatae, nemine penitus contradicente nec discrepante. Prout haec et alia patent ex instrumento possessionis praesente rogato manu mea. Praesentibus pro testibus Ad.m RR. D. Petro Donato, D. Dominico Afeldro, D. Joachino Romano, D. Josepho Paulillo et aliis: et ad fidem sigilli rogatus.

C. Mansi

III

Cappellanus R.D. Carminus Sanmarco defertur ad Episcopi tribunal anno 1737

Ravello, Arch. Parr., t. cit., 1737. - Originale.

[*Ad folii dorsum:*] Ravelli 1737. Acta civilia pro Ven.li Eccl^a S.ae Mariae de Monte ad R.dum Carminum Sanmarco civit. Ravelli.

Ill.mo e R.mo Signore

Il Tesoriero della Ven.le Chiesa di S. Maria di Monte della città di Scala, umilissimo Oratore espone a V.S. Ill.ma come il R.D. Carmine San Marco della città di Ravello, olim cappellano di d^a chiesa, per li danni causati nella medesima coll'incendio accadutovi per sua colpa e per la mancanza di molti mobili della stessa a lui consegnati, si convenne col Tesoriero di quel tempo, e si obligò a pagare ad essa chiesa ducati ottanta cinque; dopo di che essendosene andato ad abitare fuori di questa diocesi, non si è curato più sodisfare li sudetti ducati ottanta cinque, benché più volte richiestone. Ricorre impertanto l'Oratore a V.S. Ill.ma ed umilmente la supplica degnarsi ordinare all' d^o D. Carmine, che paghi in beneficio della chiesa sud^a gli accennati ducati ottanta cinque, e frattanto per sicurezza del giudizio sequestrare li legnami di una selva e bosco del medesimo, posti nel distretto della città di Ravello, che per sfuggire tal pagamento con tutta fretta fa tagliare e trasportarne: e l'avrà a grazia, ut Deus...

Die 7 aprilis 1737 Ravelli in Ep.li Curia. Per R.mum Gen.lem Vicarium Ravellen. viso suprascripto supplici libello provisum et decretum est quod suprascriptus R.D. Carminus Sanmarco in biduo solvat petitos ducatos octuaginta quinque in beneficium supra dictae Eccl.ae S. Mariae de Monte Scalen. et interim pro assicuratione judicij fiat sequestrum super lignaminibus sylvae et nemoris eodem supplici libello enunciatorum. Verum... et ita haec sunt.

Nicolaus Prim^a de Fusco Vic. G.lis
E. Pisani cancellarius

[*Ad folii oram:*] Die decima m. aprilis 1737 Ravelli in Ep.li Curia Franciscus Conte cursor ordinarius retulit mihi infra scripto cum juramento

se supra dicto die affixisse sequestrum in sylva in actis deducta, sita in pertinentiis dictae civitatis, in loco ubi dicitur « All'acqua di Scala », modo et forma sibi commissis: praesentibus pro testibus Carolo et Francisco Oliva civit. Scalen.

Eustachius can. Pisanus cancellarius ex relatione dicti cursoris scribere nescii.

[*Item ad oram sequitur:*] Die undecima aprilis 1737 Ravelli in Ep.li Curia praesentata est et compilata ad fidem. Pisanus Cancellarius.

Nella Reverenda Corte Vescovile della città di Ravello comparisce Nicola d'Amato, del quondam Matteo della città di Minori e dice come... viene danneggiato dal sequestro ». Promittit igitur depositum 40 duc. facturum, quatenus summa pecuniae pertinebat ad R.D. Carminum.

[*Item adnexum:*] Die 11 aprilis 1737. Actus a D. Nicolao d'Amato prolatus, quo constat R.D. Carminum Sanmarco eiusque fratrem Nicolaum inivisse Neapoli pactum cum praedicto Nicolao d'Amato, ut is sibi acquireret « tutti li legnami castagnoli selvaggi di una selva, che possedono in comuni et indiviso nella città di Ravello nel luogo detto l'acqua di Scala, da togliersi il prossimo venturo mese di marzo ».

[*Item anexum:*] Die 11 aprilis 1737. Emptores lignorum sese obligant ad depositum 40 duc., « porzione spettante al R.do D. Carmine ».

[*Folium adnexum:*] Copia. Tesoriero di S. Maria di Monte.

Possiede una Selva, ove si dice la piana, confinante il vallone, monistero del SS.mo Redentore e monistero di S. Cataldo, sopra la quale tiene il peso d'annui carlini quattro, che corrisponde per censo alla Parrocchiale di S. Pietro a Castagna, stimato per annui carlini ventidue	2,20
Di più dal Sig.r D. Emmanuele d'Afflitto per capitale di carlini cento, annui carlini	5
Di più dal Sig.r D. Cirillo Sasso per cento annui carlini due	0,20
Di più dal Sig.r D. Andrea Falcone per capitali di ducati settanta due annui carlini trenta sei	3,60

PESI

Alla Ven.le Chiesa parr.le di S. Pietro a Castagna per censo sopra la d ^a Selva carlini quattro	0,40
Per il giornale mantenimento della lampada ducati nove	9
In tutto sono annui ducati	9,40
Introito della Chiesa annui ducati	11
Pesi che porta annui ducati	9,40
Avanzano in ogni anno ducati	1,60

IV

*Aliae notitiae super S. M^a di Monte, extractae ex Regestis
pro vectigalibus constituendis (Catasto).*

A

Scala, Arch. Munic., Catasto an. 1742, Sine fol. - Sub finem.

La Ven.le Ciesa di D. Maria di Monte, sita nella Montagna di questa città, possiede una selva castagnola, sita alla Piana, giusta li beni del Ven.le monistero del SS.mo Salvatore, ed il Vallone, stimata la rendita per annui carlini 22 once 7,10

Possiede annui duc. cinque e tarì uno che esigge dal Sig. Emmanuele d'Afflitto e il Sig. Tomaso Sasso. sono once 17,10
24,20

PESI da dedursi

Tiene il peso d'annui carlini quattro di censo sopra la selva, che corrisponde alla Ven.le Ciesa di S. Pietro a Castagna 1,10

Tiene il peso di mantenere quotidianamente la lampada nella sud^a chiesa, facendovi il più che vi bisogna di elemosina.

Quali annue rendite si rilasciano per li suddetti pesi.

B

Scala, Ibid., Catasto an. 1753.

fol. 277. - Cappella di S. Nicola drento [*sic*] la chiesa di S. Maria di Monte, della quale n'è beneficiato D. Salvatore della Mura, a titolo di suo patrimonio. Esigge annui doc. quattro per censo del R.D. Aniello Afeldro.

Sono once 13,10

Pesi annui carlini trentasei per altrettante messe. Sono once 12

Dedotti i pesi restano once 1,10

fol. 292. - Tesoriere di S. Maria di Monte.

Possiede una selva, ove si dice la Piana, confinante il Vallone, monistero del SS. Redentore e monistero di S. Cataldo, sopra la quale tiene il peso d'annui carlini quattro, che corrisponde per censo alla parr.le di S. Pietro a Castagna, stimata per annui carlini 22. E sono once 7,10

Di più annui doc. cinque per capitale di doc. cento dal

Sig. D. Emmanuele d'Afflitto. Sono once 16,10

Di più annui carlini due per censo da D. Cirillo Sasso.

V

*Cappellano Rev.do D. Stephano Cappuccio conceditur licentia
seminandi agellos an. 1732.*

Libro de' Parlamenti, 1. cit., f. 148.

Die 8 maji 1732... Di più si è da tutti concluso parimente e nemine discrepanate che sia lecito al R. Sig. D. Stefano Cappuccio, cappellano della

Ven.le chiesa di S. Maria di Monte di poter seminare e far seminare detta Montagna ò a fuoco ò a mantriato due tomola di grano.

VI

Fugaces adnotationes archivales super S. Maria de Monte in secunda parte saec. XVIII.

Arch. di Stato, Salerno, Protocolli Notarili, v. 6742, Not. Franciscus M^a Verone, an. 1761,

fol. 12v-17. - Die 11 januarij 1767. In civitate Scalarum... D. Andrea Amodio, can^o del Capitolo, ed i suoi fratelli...; dal'altra parte il R.do Sig. D. Stefano Cappuccio, can^o anche del Capitolo e Cappellano e Beneficiato della cappellania e beneficio eretta dal fù Sig. D. Scipione Sorrentino nella Ven. Chiesa di S. Maria de' Monti. Prolixum instrumentum acquisitionis nomine cappellaniae.

fol. 4v. - Die 7 januarij 1767. - Retrovenditio et quietatio pro cappellano D. Andrea Cappuccio: facta a D. Stephano Cappuccio.

fol. 18. - Die 4 januarii 1767. Cessio jurium pro cappellano et beneficiato S. Mariae de Monte D. Stephano Cappuccio: facta a fratribus Lignola.

Ibidem. v. 6744, Not. D. Franciscus M^a Verone, an. 1771.

fol. 6v. - Die 2 ianuarii 1771. Emptio jurium pro cappellano et beneficiato S. Mariae de Monte. Il R. D. Salvatore Cappuccio, sacerdote secolare della città di Scala..., cappellano e beneficiato della cappellania e beneficio eretta dal fu D. Scipione Sorrentino nella Ven. Chiesa di S. Maria de' Monti. - Emptio fit nomine cappellaniae Ravelli et computatur annuis duc. 15.

foll. 116-121. - Die 4 aprilis 1771. Ravelli in Ep.li Palatio... Constituti l'Ill.mo Michele Tafuri Vescovo, D. Antonio Campanile primicerio e D. Michele Gambardella... ricevono dalli mag.ci Francesco, Raffaele e Venanzio Mansi ducati 162, girati al R.do Cappellano e Beneficiato di S. Maria de' Monti. Prolixa historia de praestitis pecuniariis.

fol. 121-124. - Eodem die 4 aprilis 1771. Cessio jurium pro Cappellania et Beneficio S. Mariae de Monte. Pergit et iterat relationem de cessionibus pecuniariis. Prae se ferunt haec instrumenta momentum reddituum, quibus tunc temporis fruebatur sacellum montanum S. Mariae de Monte.

EDUARD HOSP

LEBEN DES PATERS JOSEF PROST, 1804-1885

nach seinen eigenen Aufzeichnungen

SUMMARIUM.

P. Iosephus Prost, Austriacus, inter illos viros magnos referri debet, qui Congregationi nostrae viam in mundo aperuerunt. Primum enim visitatoris munere fungenti annis 1835-1843, magnis impedimentis multorum annorum superatis, ei contigit, ut primae tres domus in U.S.A. (Pittsburgh, Baltimore, Rochester) fundarentur. Deinde in primis Missionibus in Tyrolia habitis impulsus validos, qua ratione Missiones agerentur, dedit (ann. 1843-1848). Tum in Magna Britannia non minimum ad provinciae constitutionem, praesertim domus in Bishop-Eton, contribuit. Primis Missionibus in Hibernia habitis praefuit (ann. 1848-1855). In S. Cruz, insula in America Centrali, opera sua Vice-Provinciam de Roseau, quae nunc exstat, praeparavit (ann. 1858-1860). Praeterea de Missionum doctrina bene meruit ac apostolatum calami per aliquot annos nervose coluit. Denique huic viro debemus commentarios et monumenta, quibus vitam suam et dilectae suae Congregationis historiam accurate descripsit.

H. GERER

Vorbemerkung

Der Apostolische Stuhl verlieh dem hl. Klemens Maria Hofbauer den Ehrentitel « Insignis propagator CSSR ». Auf der unermüdlichen Lebensarbeit des hl. Klemens für die Ausbreitung der Kongregation beruht tatsächlich ihre weitere Geschichte.

Zu jenen Männern, die im Geist des hl. Klemens Pionierarbeit für die Ausbreitung der Kongregation geleistet haben, gehört ohne Zweifel der Österreicher P. Josef Prost.

Dieses kurze Lebensbild ist ein Auszug aus einer ausführlichen Biographie, deren Manuskript im Provinzarchiv der österreichischen Provinz hinterlegt wird. Sie erbringt den Nachweis, daß P. Prost wirklich den Ehrentitel eines Pioniers der Kongregation verdient.

Diese Biographie ist kein Heiligenleben für geistliche Lesung. Aber sie will ein wahres und gerechtes Bild von seinem Leben, Charakter und Wirken entwerfen. Jedes Menschenleben ist ein buntgewirkter Teppich von guten Absichten und guten Werken, von Irrungen und Mißgriffen,

von Erfolg und Mißerfolg, von Leistung und Versagen, von Freude und Enttäuschung. So auch das Leben des P. Prost. Zugleich ist dieses Leben von tiefer Tragik überschattet.

Es ist nicht Aufgabe des Historikers, Tatsachen und Persönlichkeiten zu retuschieren, oder zu schminken und zu Idealgestalten aufzufrisieren. Man kann seine Arbeit auch nicht darin sehen, mit bewußter Tendenz eine « erbauliche » Biographie zu schreiben. Die Arbeit eines Historikers und Paneegyrikers unterscheiden sich wesentlich. Als oberstes Gesetz der Geschichtsforschung und Geschichtsdarstellung bezeichnete Papst Leo XIII. die volle Wahrheit. Es gilt die volle Wahrheit, auch wenn darunter der Nimbus der Vergangenheit oder einzelner Persönlichkeiten leidet, oder wenn die geschichtliche Wahrheit mit manchen vorgefaßten Meinungen und Urteilen nicht übereinstimmt. Der Historiker darf nicht nur *laudator acti temporis* sein.

Wenn es auch in der kirchlichen Hierarchie bis hinauf zum Papsttum in den Persönlichkeiten der Amtsträger manche Fehler und Menschlichkeiten, in der kirchlichen Regierung manche Mißgriffe gibt, so wundert sich niemand, wenn das auch in Ordensfamilien begegnet. Eine Biographie mit erbaulicher Tendenz wird die « erbaulichen » Züge sammeln; sie finden sich auch im Leben des P. Prost in reicher Fülle. Das ist aber nicht die volle Geschichte, nicht der ganze Mann, nicht die letzte Wirklichkeit und Wahrheit.

P. Prost betont selbst immer wieder in seinen Erinnerungen, er wolle die Wahrheit, das wirkliche Geschehen festlegen. Er wünscht auch, daß man vor allem auf Wahrheit bedacht sei bei der Darstellung seines eigenen Lebens. Dieser Wunsch sei seinem Biographen heiliges Gesetz (1).

Wir haben nach fast einem Jahrhundert den genügenden geschichtlichen Abstand von den Persönlichkeiten und Ereignissen im Leben des P. Prost, um sie geschichtlich würdigen zu können.

WEG ZUM ALTAR.

Östlich von Passau, im Winkel, den Inn und Donau bilden, liegt das Dorf Freinberg. Die mittelalterliche Kirche des hl. Willibald mit der Ortschaft gehörte zur St. Severin-Pfarrei der Innstadt Passau. Erst als Kaiser Joseph II. die Diözese Linz errichtete und das Innviertel an Österreich kam, wurde Freinberg 1786 selbständige Pfarrei (2). Vorher (1784) traf die Ge-

(1) Quellen zum Leben des P. Prost sind vor allem seine eigenen Aufzeichnungen: 1) Tagebücher (Tgb), 4 Hefte; sie wurden 1874 begonnen. Manuskript im Provinz-Archiv Wien (PAW). 2) Erlebnisse (Erl), 5 Hefte, 1862 geschrieben; im PAW. 3) Gedanken über verschiedene Gegenstände (Ged), 6 Hefte, 1863 geschrieben; im PAW. 4) Chronik des Hauses Puchheim im Hausarchiv; der 1. Band fast ganz von P. Prost geschrieben (nach 1862); er enthält Einschübe über sein eigenes Leben und Wirken.

Literatur: *Litterae annales Prov. Austriae, Viennae* 1885, 18-21. MADER Carl, *Die Kongregation des allerh. Erlösers in Österreich*, Wien 1887, 509-511.

(2) Über die Jugend finden sich Notizen in Chronik I 174ff; Ged I 27 u. V 73.

meinde noch das schwere Unglück, daß die Kirche niederbrannte; mit Mühe und großen Opfern konnte sie ganz schlicht wieder aufgebaut werden (3).

In einem Bauernhaus dieser Pfarrei wurde P. Josef Prost am 11. Jänner 1804 als erster Sohn geboren; seine Eltern hatten zu Lichtmeß 1803 geheiratet. Im Lauf der Jahre erhielt er zehn Geschwister. Als sein ältester Bruder, der später das elterliche Anwesen übernahm, im Jahre 1806 geboren wurde, kam der kleine Josef in das Haus der Eltern seiner Mutter. So wuchs er bei den wohlhabenden Großeltern auf. Als aber der Großvater starb, mußte Josef wieder zu seinen Eltern zurück. Nun fühlte er sich fremd im eigenen Vaterhaus. Dieses Gefühl der Entfremdung steigerte sich noch, weil sein Vater — ein sonst guter Mann — glaubte, alles mit Strenge erreichen zu müssen. Das drückte schwer auf die junge Seele. Der sonst schreibselige Mann muß im späteren Leben nicht gern an seine Kindertage zurückgedacht haben, weil er nur sehr wenig über seine Jugendzeit berichtet. Josef schloß sich mehr an seine Mutter an. Sie pflegte auch die Frömmigkeit seiner jugendlichen Seele. Vom Pfarrer seiner Heimat scheint er nicht viel Anregung für sein religiöses Leben empfangen zu haben. Er sagte von ihm, daß er zwar ein guter Mann von unbescholtenem Wandel, aber doch ein echter Josephiner war, dem Kraft und Salbung im Priesterwirken fehlte. Prost erinnerte sich später noch, wie der Pfarrer mit seiner Köchin im Wagen zur Kirche fuhr, während der Kaplan zu Fuß gehen mußte; das erschien schon dem Knaben als merkwürdig. Im Religionsunterricht wurde das Hauptgewicht auf das Auswendiglernen des Katechismus gelegt. Der Lehrer war noch ein Mann der alten Zeit, der mit den Grundsätzen und Methoden der neuen Pädagogik der Aufklärung nicht vertraut war. Daher wollten ihn die Behörden absetzen.

Um den Priesterberuf des P. Prost entspann sich ein schwerer Kampf. Josef fühlte sich von frühester Jugend an innerlich zum Priestertum berufen und wollte zum Studium. Allein der Vater stellte sich dem Studienplan seines Ältesten entschieden entgegen, wahrscheinlich aus Rücksicht auf den Hof, dessen Erbe Josef werden sollte. Allein die fromme Mutter rang schließlich ihrem Mann die Zustimmung ab. Aber der Vater gab nichts zum Studium. Die reichen Verwandten erklärten sich ebenfalls gegen das Studium, verwiesen den armen Vater auf die großen Kosten und verweigerten jede Beihilfe und Unterstützung. Sie redeten dem Vater noch zu, er solle den Studenten ja recht kurz halten. Nur die Energie eines starken jungen Willens und die feste Überzeugung von der inneren Berufung konnten diese schweren Hindernisse überwinden. Josef fand in Passau Wohltäter, die ihm das Gymnasialstudium ermöglichten. Doch hielten ihn Scheu und Scham oft ab, um Hilfe zu bitten; so litt er oft bittere Not.

Er begann sein Studium im Alter von 14 Jahren in Passau (4). Damals hatte die Bischofsstadt infolge der Säkularisation weder ein Knabenseminar

(3) *Österr. Kunsttopographie*. Band XXI.: *Die Denkmale des politischen Bezirks Schärding* von Dagobert FREY, Wien 1927, 143.

(4) Die klaren Aussagen Prosts widerlegen die Behauptung Maders (S. 509) daß Prost die Gymnasialstudien in Linz gemacht habe.

 Prof. Theod. FORNOVILLE: La « philosophie concrète » de Gabriel Marcel, précédée d'une introduction générale sur la philosophie existentialiste (2)
 Prof. Andr. SAMPERS: Methodologia (1).

II semestre, 16 febbraio - 17 giugno 1964

- Prof. Ios. ENDRES: De bono morali et de lege naturae (2 ore la settimana)
 Prof. Aug. REGAN: De virtutibus in communi (2)
 Prof. Bern. HÄRING: De religione et cultu (2)
 Prof. Ant. HORTELANO: De sexualitate et amore christiano (2)
 Prof. Ios. ENDRES: Anthropologia moralis philos. et theol. De esse humano (2)
 Prof. Rob. KOCH: Ruptura et renovatio foederis (2)
 Prof. Alf. HUMBERT: Theologia moralis in epistulis S.i Pauli (continuat) (2)
 Prof. Ioan. GARCÍA VICENTE: Quaestiones medico-morales. De sexualitate (2)
 Prof. Ioan. O'RIORDAN: De natura et fine theologiae pastoralis (2)
 Prof. Andr. SAMPERS: Methodologia (1).

Oltre i corsi che gli alunni devono frequentare in numero di 20 con i relativi esami durante il biennio del loro studio nell'Accademia è obbligatorio di prendere parte ad esercitazioni pratiche (cfr *Statuta* art. 17). Finora erano stabilite tre esercitazioni per tutti gli studenti ordinari, così per coloro che fanno il « cursus ad lauream », come per coloro che fanno il « cursus ad diploma ». Col nuovo anno questo punto del regolamento in-

terno è stato cambiato nel senso che da coloro che hanno ottenuto la licenza in una disciplina ecclesiastica si esige di prendere parte a due esercitazioni soltanto, con la clausola però che il Reggente può imporre una terza nel caso che secondo il giudizio dei professori dalle due esercitazioni fatte non constasse in maniera soddisfacente la capacità di lavorare scientificamente. Dagli studenti del « cursus ad diploma » che non hanno conseguito una licenza si esige la partecipazione a tre esercitazioni come prima.

I soggetti generali delle esercitazioni pratiche, che si terranno quest'anno 1963-64, sono i seguenti:

I semestre

- Prof. Dom. CAPONE: De recentiori litteratura theologica circa conscientiam
 Prof. Aug. REGAN: De mutilatione et sterilisatione
 Prof. Ioan. O'RIORDAN: De secreto, praesertim professionali
 Prof. Rob. KOCH: De notione peccati originalis secundum Gen. 3-11
 Prof. Alf. HUMBERT: De ratione primorum christianorum quoad bona temporalia
 Prof. Franc. MURPHY: De matrimonio apud Tertullianum, S. Ambrosium et S. Leonem Magnum
 Prof. Vict. SCHURR: De praedicatione missionaria.

II semestre

- Prof. Bern. HÄRING: Quaestiones liturgico-pastorales post Constitutionem Conc. Vaticani II de S. Liturgia
 Prof. Ios. ENDRES: De tolerantia exercenda a singulis hominibus, a societate, ab Ecclesia
 Prof. Ant. HORTELANO: Psychologia socialis et amor christianus.
 Prof. Ioan. GARCÍA VICENTE: Etude de la personnalité d'André Gide à travers ses oeuvres
 Prof. Theod. FORNOVILLE: La connaissance morale.

Gli alunni iscritti ai corsi di quest'anno sono 117; dei quali 86 ordinari (12 Redentoristi), cioè 36 per il 2° anno (7 Redentoristi) e 50 per il 1° anno (5 Redentoristi); quelli straordinari sono finora 31 (8 Redentoristi). Notiamo quindi un incremento considerevole di studenti rispetto agli anni precedenti. Come si vede nel quadro sinottico dato l'anno scorso (*Spic. hist.* 10 [1962] 477) il numero degli alunni ordinari si trova in linea ascendente per tutti gli anni dall'inizio dell'AA nell'anno 1957, ma adesso c'è un aumento veramente imprevisto: dai 60 alla fine dell'anno scorso 1962-63 è salito a 86, cioè con ca. 45%.

Di questi 86 alunni ordinari 62 fanno il corso per la laurea, cioè 28 (5 Redentoristi) del 2° anno e 34 (1 Redentorista) del 1° anno. Gli altri 24 seguono il corso per il diploma; 8 (2 Redentoristi) del 2° anno e 16 (4 Redentoristi) del 1° anno. - Da notare che alcuni studenti, pur avendo la licenza in teologia, si sono iscritti per il diploma dell'AA, perché intendono conseguire la laurea in teologia presso un altro Istituto.

Il numero totale degli alunni ordinari iscritti dall'inizio dell'AA nell'anno 1957 fino al 1° semestre del VII anno 1963-64 è di 211; quello degli straordinari è di 148.

Elenco degli alunni iscritti ai corsi dell'anno 1963-64

Alunni ordinari del 2° anno (36)

- ADRIAANSE Guglielmo (cursus ad lauream) — Paesi Bassi, dioc. di 's-Hertogenbosch; STLic. (Univ. Gregoriana).
- AGUIRRE Saturnino (laur.) — Spagna, dioc. di Vitoria; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- ATALAYA Giuseppe (laur.) — Perù, dioc. di Cajamarca; STLic. (Univ. Lateranense).
- BENNASAR VICENS Bartolomeo (laur.) — Spagna, dioc. di Mallorca (Isole Baleari); STLic. (Univ. Gregoriana).
- CABALLERO Basilio (cursus ad diploma) — Spagna, CSSR (Prov. Hispanica).
- DALLA COSTA Paolo (Crescenzo da Schio) (dipl.) — Italia, OFMCap.; Bac. Miss. (Univ. Urbaniana de Prop. Fide).
- DE LA CUEVA Rodrigo (laur.) — Messico, arcidioc. di Messico; STLic. (Univ. Gregoriana).
- DENN Giacomo (laur.) — U.S.A., CSC (Congr. a S. Cruce); STLic. (Univ. Gregoriana).
- DE SOUSA Achille (laur.) — India, arcidioc. di Goa; STLic. (Univ. Gregoriana).
- FERNANDEZ Stefano (laur.) — India, arcidioc. di Calcutta; PhLic. e STLic. (Pont. Ateneo di Poona).
- GOMES PEIXE Sidonio (laur.) — Portogallo, dioc. di Funchal (Madeira); STLic. (Univ. Gregoriana).
- GUTIERREZ Ferdinando (laur.) — Messico, MSpS (Miss. a Spiritu Sancto); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- HAUBEN Marcello (laur.) — Belgio, CICM; STLic. (Univ. Lovanium di Léopoldville, Congo).
- HOFSTEDE Adriano (laur.) — Paesi Bassi, CSSR (Vice-Prov. de Pernambuco, Brasile); STLic. (Univ. Catt. di Nijmegen).
- KRAXNER Aloisio (laur.) — Austria, CSSR (Prov. Austriaca); STLic. (Univ. di Innsbruck).
- LIPPERT Pietro (laur.) — Germania, CSSR (Prov. Coloniensis); STLic. (Univ. Lateranense).
- MAHONY Stefano (dipl.) — Irlanda, CSSR (Vice-Prov. di Cebu, Isole Filippine).
- MANNACHERRY Ciriaco (laur.) — India, arcidioc. di Ernakulam; STLic. (Univ. Urbaniana de Prop. Fide).
- MENGLING Carlo (laur.) — U.S.A., dioc. di Gary (Indiana); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- MONTES Francesco (dipl.) — Messico, dioc. di Collima.
- MURILLO Giulio (laur.) — Colombia, CSSR (Prov. Bogotensis); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- PESCHKE Carlo (laur.) — Germania, SVD; STLic. (Univ. Gregoriana).
- RODRIGO Romualdo (dipl.) — Spagna, ORSA; ICLic. (Univ. Gregoriana).
- ROY Adriano (laur.) — Canada, SSS; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- SUSI Sergio (dipl.) — Italia, dioec. di Città di Castello, STLic. e ICLic. (Univ. Lateranense).
- TETREAUULT Ivo (laur.) — Canada, PME (Prêtres des Missions Etrangères, Québec); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- THOMPSON Patrizio (laur.) — U.S.A., arcidioc. di Los Angeles (California); STLic. (Univ. Gregoriana).
- TOMEI Ernesto (laur.) — Italia, IMC (Inst. Miss. a Consolata); STLic. e ICLic. (Univ. Urbaniana de Prop. Fide).
- TOUSAIN Gerardo (laur.) — Paesi Bassi, dioc. di Rotterdam; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- VALKOVIC Mariano (dipl.) — Jugoslavia, dioc. di Krk; STLic. (Univ. Gregoriana).
- VAN KESSEL Roberto (laur.) — Paesi Bassi, arcidioc. di Utrecht; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- VANMOERKERKE Varnerio (laur.) — Belgio, CSSR (Prov. Belg. sept.); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
- VITOLA Carmelo (Giacomo da Montevideo) (dipl.) — Uruguay, OFMCap.

- WALSH Giacomo (laur.) — Scozia, arcidioc. di Glasgow; STLic. (Univ. Gregoriana).
 YOU PONG TJOON Tommaso (laur.) — Corea, vic. apost. di Pyong-Yang; STLic. (Univ. Urbaniana de Prop. Fide).
 ZEGARRA Filippo (laur.) — Perù, arcidioc. di Lima; STLic. (Univ. Catt. di Santiago de Chile).

Alumni ordinari del 1° anno (50)

- ALVARADO Giosue (cursus ad lauream) — Messico, dioc. di Tulancingo; STLic. (Univ. Gregoriana).
 AZCONA Giuseppe (laur.) — Spagna, ORSA; STLic. (Fac. teol. SI di Granada).
 BENEDICTO Beniamino (cursus ad diploma) — Isole Filippine, prelatura « nullius » di Davao.
 BILTZ Giuseppe (dipl.) — U.S.A., dioc. di Little Rock (Arkansas); STD (Univ. Catt. di Washington).
 BITSCHNAU Pietro (laur.) — Austria, ammin. apost. di Innsbruck-Feldkirch; STLic. (Univ. Lateranense).
 BOIVIN Marcello (laur.) — Canada, PA (Pères Blancs); STLic. (Univ. Gregoriana).
 CAFFARRA Carlo (dipl.) — Italia, dioc. di Fidenza; ICLic. (Univ. Gregoriana).
 CAMARGO Marcolino (laur.) — Brasile, MI (Camilliani); STLic. (Univ. Gregoriana).
 CARMINATI Giacomo (laur.) — Italia, dioc. di Bergamo; STLic. (Univ. Lateranense).
 CASADO BORROSO Felice (laur.) — Spagna, dioc. di Madrid; STLic. (Univ. Gregoriana).
 CASEY Tommaso (dipl.) — Canada, CSSR (Prov. di Edmonton).
 CORNEO Giorgio (laur.) — Argentina, arcidioc. di Buenos Aires; STLic. (Fac. teol. di Buenos Aires).
 DEL RIO CANAS Guglielmo (laur.) — Spagna, CMF; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 DE PAOLIS Velasio (dipl.) — Italia, PSSC (Pia Soc. dei Missionari di S. Carlo; Scalabriniani); ICLic. (Univ. Gregoriana).
 ELSGREST Teodoro (laur.) — Paesi Bassi, MSF (Congr. Miss. a S. Familia); STLic. (Univ. Gregoriana).
 ESPER Gerolamo (laur.) — U.S.A., CSC (Congr. a S. Cruce); STLic. (Univ. Gregoriana).
 FERREIRA DA COSTA Giuseppe (laur.) — Brasile, arcidioc. di Rio de Janeiro; STLic. (Univ. Gregoriana).
 FILGUEIRAS FERNANDEZ Giovanni (laur.) — Spagna, arcidioc. di Santiago de Compostela; STLic. (Univ. Gregoriana).
 FORCANO CEBOLLADA Beniamino (laur.) — Spagna, CMF; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 GAMBALE Antonio (Romualdo da Montemarano) (dipl.) — Italia, OFMCap.
 GILDEA Pietro (laur.) — Irlanda, CM; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 GONZALEZ GALINDO Angelo (laur.) — Spagna, dioc. di Segovia; STLic. (Univ. Gregoriana).
 GONZALEZ MORALES Tommaso (laur.) — Chile, SDB; STLic. (Pont. Ateneo Salesiano).
 GRACIAS Gesù Naz. (dipl.) — India, SFX (Soc. Miss. S. Francisci Xav.).
 JUDICE Jesse (laur.) — U.S.A., dioc. di Galveston-Houston (Texas); STLic. (Univ. Gregoriana).
 Mac AODHA Lomanno (laur.) — Irlanda, OFM; STLic. (Pont. Ateneo Antoniano).
 MARIEZCURRENA Giuseppe (dipl.) — Spagna, ORSA.
 MEHEAN Francesco (laur.) — U.S.A., arcidioc. di Philadelphia (Pennsylvania); STLic. (Univ. Gregoriana).
 MÜLLER Emanuele (dipl.) — Brasile, CMF; ICLic. (Univ. Lateranense).
 MUÑOZ GALARRAGA Giuseppe (laur.) — Spagna, dioc. di San Sebastian; STLic. (Univ. Gregoriana).
 MURILLO Gesù Maria (dipl.) — Colombia, dioc. di Tunja.
 O'DELL Andrea (dipl.) — Inghilterra, AA.
 O'ROURKE Donald (dipl.) — Canada, CSSR (Missione di Maizuru della Prov. di Toronto).
 PALACIOS Eduardo (laur.) — Perù, dioc. di Piura; STLic. (Univ. Gregoriana).
 PANKHURST Douglas (dipl.) — Canada, CSSR (Prov. di Edmonton).
 PEREDO Aloisio (laur.) — Messico, MSPS (Miss. a Spiritu Sancto); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 PEREZ ACEBES Giuseppe (dipl.) — Spagna, dioc. di Astorga; ICLic. (Univ. Pont. di Salamanca).

- PETERS Giovanni (laur.) — Paesi Bassi, SSS; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 PLANTE Ruggero (laur.) — U.S.A., MS (Miss. B.M.V. a La Salette); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 POESZ Gerardo (laur.) — Paesi Bassi, CSSR (Prov. Hollandica); STLic. (Univ. Catt. di Nijmegen).
 POMA Gianfranco (laur.) — Italia, dioc. di Pavia; STLic. (Univ. Gregoriana).
 RAMIREZ Rodrigo (laur.) — Messico, OSA; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 ROSEMEYER Riccardo (laur.) — U.S.A., archidioc. di Chicago (Illinois); STLic. (St-Mary of the Lake Fac. of Theology, presso il Seminario arcivesc. di Chicago) e ICLic. (Univ. Gregoriana).
 SEREMAK Zdislao (laur.) — Polonia; arcidioc. di Wrocław (Breslau); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 STERCKX Giuliano (laur.) — Belgio, CP; STLic. (Univ. Gregoriana).
 SWIFT Erberto (dipl.) — Canada, CSSR (Prov. di Edmonton).
 TABERNER Sebastiano (laur.) — Spagna, TOR (S.i. Francesci); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 VALADAO SERPA Gaetano (dipl.) — Portogallo, dioc. di Angra (Açores); Hist. Eccl. Lic. (Univ. Gregoriana).
 VAN BALEN Sigfrido (laur.) — Paesi Bassi, OCarm.; STLic. (Univ. di Innsbruck).
 VIANO Emilio (laur.) — Italia, arcidioc. di Torino; STLic. (Univ. Gregoriana).

Alumni straordinari (31)

- BLAKE Efraim — Irlanda, CP; ICLic. (Univ. Lateranense).
 BRITTO Kenneth — India, CSSR (Vice-Prov. di Bangalore); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 CASERA Antonio — Italia, MI (Camilliani); Dipl. Ist. di Pastorale (Univ. Lateranense).
 CULLINANE Pietro — Nuova Zelanda, arcidioc. di Wellington; STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 DAILOFF Raimondo — Argentina, CSSR (Prov. di Buenos Aires).
 DAVEY Teodoro — Inghilterra, CP; ICLic. (Univ. Lateranense).
 DELANEY Giovanni — Irlanda, SSS.
 DHONT Ruggero — Belgio, CSSR (Prov. Belg. sept.); Dipl. Inst. Theol. spirit. (Univ. Gregoriana).
 DOUGLASS Giacomo — U.S.A., laico; M.A. in Theology (Univ. di Notre Dame).
 GAUTHIER Réal — Canada, SSS; PhLic. (Univ. di S. Tommaso).
 GOICOECHEA Giuseppe — Spagna, dioc. di Santander; ICLic. (Univ. Lateranense).
 HECHANOVA Luigi — Isole Filippine, CSSR (Vice-Prov. di Cebu).
 HRYNCHYSHYN Michele — Canada, CSSR (Prov. di Yorkton); Doct. in scientiis orient. (Ist. Orientale, Roma).
 LIPSKI Raimondo — Brasile, MS (Miss. B.M.V. a La Salette).
 MCBRIEN Riccardo — U.S.A. arcidioc. di Boston; M.A. in Theology (St. John's Seminary, Boston).
 NOMA Giovanni — Giappone, dioc. di Hiroshima; STLic. (Univ. Urbaniana de Prop. Fide).
 OWENS Gerardo — Canada, CSSR (Prov. di Toronto); STD (Univ. di S. Tommaso).
 PEGORARO Olindo — Brasile, MI (Camilliani); PhLic. (Univ. di S. Tommaso).
 PIPINO Renato — Italia, dioc. di Ivrea; STLic. (Univ. Gregoriana).
 PODGORSKI Stanislao — Polonia, CSSR (Prov. Polonica); STD (Univ. di Warszawa).
 ROSE Maurizio — Francia, OCSO (Trappisti); STLic. (Univ. di S. Tommaso).
 ROSSI Mario — Italia, FCI (Congr. Filiorum Cordis Iesu).
 ROUTHIER Giovanni — Canada, CSV (Congreg. S.i. Viatoris); STLic. (Fac. teol. di Montréal).
 ROUX Giovanni — Francia, CSV (Congr. S.i. Viatoris).
 SOUSA Giuseppe — Portogallo, CSSR (Vice-Prov. di Lisboa).
 SULLIVAN Guglielmo — U.S.A., dioc. di Buffalo (New York); STLic. (Univ. Gregoriana).
 TARGA Erminio — Italia, FCI (Congreg. Filiorum Cordis Iesu).
 TRIPIER Pietro — Francia, SS (Sulpiciani).
 VAN PAASSEN Guglielmo — Paesi Bassi, SCI; STLic. (Univ. di S. Tommaso).

WATT Giacomo — Australia, OCarm.; ICLic. (Univ. Lateranense).

WELLING Bernardo — Paesi Bassi, SMHM (Soc. Miss. de Mill-Hill); ICD (Univ. Gregoriana).

*
**

Come nel passato così anche quest'anno l'attività dei professori non è stata limitata all'insegnamento nell'AA: alcuni hanno continuato come prima i loro corsi in altri istituti, case di studio delle Provincie Redentoriste alle quali appartengono, università; hanno tenuto numerose conferenze tanto a Roma, come altrove in Italia e all'estero; hanno pubblicato parecchi libri e molti articoli nel campo della teologia morale e delle scienze affini; varie volte sono intervenuti in congressi ed adunanze di carattere scientifico.

Poiché abbiamo dato in precedenza (*Spic. hist.* 9 [1961] 577-578; 10 [1962] 479-480) una enumerazione alquanto dettagliata di queste attività, crediamo sia sufficiente che ci limitiamo ora ad indicazioni generali. Rileviamo soltanto che il Prof. Regan l'estate scorsa tenne una decina di conferenze in Australia sulle tendenze attuali nella teologia morale e che il Prof. Häring nella stessa stagione diede alcuni corsi e gran numero di conferenze di teologia morale e pastorale negli Stati Uniti e nel Canada, come già fece l'altro anno.

Delle pubblicazioni vogliamo menzionare soltanto il I vol. della serie « *Studia Moralia* », edita dalla Casa editrice « Ancora », Roma. In questo libro di 449 pp. sono stati raccolti 10 articoli di altrettanti professori dell'AA con una introduzione del Reggente Prof. Visser. Benché la pubblicazione non abbia carattere unitario e i collaboratori fossero del tutto liberi nella scelta del tema, si trova però una certa unità, in quanto gli articoli generalmente cercano di dilucidare principi abbastanza fondamentali nella retta impostazione dello studio di teologia morale e pastorale.

In una prima parte vengono proposti alcuni temi piuttosto programmatici per lo studio scientifico della teologia morale in genere (HÄRING, *Heutige Bestrebungen zur Vertiefung und Erneuerung der Moraltheologie*, pp. 11-48), per lo studio della dottrina dei Padri (MURPHY, *The background to a history of patristic moral thought*, pp. 49-85), per lo studio della storia della teologia morale moderna (VERECKE, *Préface à l'histoire de la théologie morale moderne*, pp. 87-120), per lo studio della teologia morale della vita economica (HORTELANO, *Teología moral y economía*, pp. 121-143), per lo studio della filosofia moderna esistenzialista per quanto è scienza morale (FORNOVILLE, *Existentialisme et éthique*, pp. 145-185).

La seconda parte è costituita da 3 articoli, i quali si riferiscono ai principi che devono dirigere più direttamente la vita morale pratica. Vengono dilucidati il senso e il valore teologico dell'osservanza dei comandamenti, come risulta dagli scritti di S. Giovanni (HUMBERT, *L'observance des commandements dans les écrits Johanniques (Evangile et Première Epître)*, pp. 187-219), la posizione della prudenza nell'ordinamento della vita mo-

rale per la conoscenza del vero e il volere del bene (ENDRES, *Anteil der Klugheit am Erkennen des konkret Wahren und am Wollen des wahrhaft Guten*, pp. 221-263), e in fine si delinea lo sviluppo di S. Alfonso nella elaborazione della sua dottrina sulla coscienza (CAPONE, *Dissertazioni e Note di S. Alfonso sulla probabilità e la coscienza dal 1748 al 1763*, pp. 265-343).

Come terza parte possono essere considerati due articoli che trattano alcuni temi di teologia pastorale: la natura e il compito della psicologia pastorale (O'RIORDAN, *The nature and function of pastoral psychology*, pp. 345-387), e la teologia della predicazione (REGAN, *The word of God and the ministry of preaching*, pp. 389-449).

Con questa pubblicazione di carattere periodico è stato realizzato un desiderio già espresso parecchi anni fa, e ripetuto costantemente dagli amici del nostro Istituto, cioè che l'AA abbia una sua propria pubblicazione periodica, come l'hanno quasi tutti gli altri istituti, università e facoltà di studi superiori, accanto alla serie di monografie « *Studia Theologiae moralis et pastoralis edita a professoribus Academiae Alfonsianae in Urbe* », iniziata nell'anno 1956, che conta adesso 7 vol., alcuni dei quali in 2ª e 3ª edizione.

Si ha l'intenzione di continuare gli « *Studia Moralia* » nei prossimi anni come annuario, con la possibilità di cambiare più tardi la pubblicazione in una rivista, che uscirà più volte l'anno. - Il giorno 18 ottobre 1963 è stata costituita una redazione composta dai Proff. Fornoville, Koch, O'Riordan, Regan; il Prof. Fornoville ha assunto l'incarico di segretario della medesima.

In fine notiamo che come l'anno precedente (*ibid.* 480) è stato tenuto un convegno di ex-alunni dell'AA di lingua olandese abitanti in Olanda e nella Fiandra, questa seconda volta il 4 settembre scorso a Valkenburg (L.) nella casa di studio dei Padri della Congregazione dei Sacri Cuori, dove insegna la teologia morale il RP Spee. Benché non tutti gli invitati abbiano potuto partecipare all'incontro, il numero dei presenti è stato più alto dell'anno scorso. Sono intervenuti anche due professori: Fornoville e Sampers; il Reggente, che si trovava ugualmente in Olanda, fu purtroppo impedito. - Anche questa volta la riunione ha dato luogo ad una conversazione amichevole e discussione animata, nella quale le vicendevoli esperienze acquistate nell'insegnamento della teologia morale sono state scambiate, dilucidate nuove tendenze secondo le possibilità di introdurle nell'insegnamento.

Data l'utilità di questi convegni e in genere del contatto con l'AA, fu deciso di istituire un segretariato presso il RD Heggen, professore di teologia morale al seminario di Roermond, come centro di contatto ed informazioni per gli ex-alunni dell'AA ed anche come legame in vista di una cooperazione scientifica più stabile. Fu deciso inoltre di ripetere ogni anno questi convegni nell'estate, e pure di considerare l'opportunità di ripeterli più volte l'anno, eventualmente in forma più ristretta.

Nel resoconto dell'anno scorso abbiamo proposto questo convegno olan-

dese come esempio, degno di essere imitato anche in altri paesi. Sia permesso di aggiungere qui le parole autorevoli in proposito del Reggente, dette in occasione dell'inaugurazione solenne il 23 ottobre 1963: « Hoc consilium [di istituire congressi annuali e una cooperazione stabile] revera laeto animo salutamus et fovere intendimus. Ac desiderandum esset, ut etiam aliis in locis paulatim hoc exemplum ad imitationem incitaret. Ad finem enim Academiae Alfonsianae plene et stabiliter realisandum talis permanens contactus et collaboratio summe utiles erunt. Iam concretam possibilitatem consideramus, ut ex-alumni studiis completis contactum cum ipsa Academia non amittant; sed ad maiorem fructum talis contactus cum matre et capite perduceret, si exinde efflueret etiam contactus et collaboratio ex-alumnorum inter se, praesertim in respectivis nationibus aut regionibus ».

NOTITIAE BIBLIOGRAPHICAE

ANDREAS SAMPERS

BIBLIOGRAPHIA

EDITIONUM REGULAE ET CONSTITUTIONUM CSSR

Hac bibliographiâ eae editiones *Regulae* (melius plur. *Regularum*) ac *Regulae* (*Regularum*) et *Constitutionum* comprehenduntur (1), quae ab ipsa auctoritate CSSR typis vulgatae sunt, ut lex vigens Instituti sodalibus notificetur.

Excluduntur itaque manuscripta. Manuscripta maioris et minoris molis *Regulae*, *Constitutionum*, *Statutorum* complura ad nos pervenerunt ex tempore ante an. 1749, quando agebatur de componenda *Regula* et in genere de modo vivendi constituendo pro Instituto nuper fundato (2), sed etiam ex tempore posteriori conservata sunt manuscripta *Regulae* (3) et praesertim *Constitutionum* an. 1764 (4), dum *Regulae* s.d. austriacae ann. 1820 et 1824-1829 (5) tantum manuscriptae existunt.

(1) Voce *Regulae* (melius plur. *Regularum*) indicatur secundum usum communem et saecularem in Instituto nostro textus *Regularum* tamquam vitae norma pro alumnis CSSR die 25 II 1749 a Benedicto PP. XIV approbatus, qui in ipso approbationis documento « *Costituzioni e Regole* » inscribitur. *Constitutiones* vero nominatur summa *Statutorum* capitularium, prima vice a Capitulo gen. an. 1764 in corpus redactorum et textui *Regularum* ad explicationem adiectorum. - Cfr J. PEJŠKA CSSR, *Jus sacrum CSSR*², Hranice in Moravia [1923], 37, et fusius in 1^a operis editione, Brunae in Moravia 1910, 29 n. 3. De historia significationis verborum « *Regula - Regulae - Constitutiones* » vide expositionem quam dedit Exc.mus (nunc Card.) Arc. Larraona CMF in lectionibus habitis in « *Scuola pratica di Diritto dei Religiosi nel corso 1952-53. Sezione dottrinale* », in foliis ad usum auditorum cyclostilo impressis pp. 142-144.

(2) Permulta huiusmodi documenta conservantur in AG SAM VI (« *Breve ristretto* ») et SAM IX inter s.d. « *reliquias* », quia in toto aut in parte a S.o Alfonso scripta, vel saltem ab eo adnotationibus praedita et correctae sunt; alia in AG I A (doc. de approbatione *Regulae*) et in AG *Constitutiones* 1-10. - Nonnulla horum documentorum transcripta inveniuntur in primis annis periodici *Analecta CSSR* (1922-1930).

(3) Conservatur v.g. in archivo Prov. Lugdunensis, Lyon, (photocopia adest in AG), manuscriptum (40 pp.; 28 × 17.2 cm) cui titulus *Constitutiones Congregationis SS.mi Redemptoris*. In fine notatur: « *Copia praesens extracta est ex originali, quod in Archivo asservatur, et quocum facta diligenti collatione concordare reperta est. 6⁹bre 1790 Romae. L.S. Franciscus de Paola, Superior generalis* ». - Est copia ab eadem manu scripta a titulo usque ad subscriptionem inclusive; non est ergo copia originalis ab ipso RM de Paola m.p. subscripta.

(4) Conservantur in AG *Const.* 12-21 decem exemplaria in lingua italica, *ibid.* 21^b exemplar in versione germanica, *ibid.* 22 exemplar in versione latina. In archivo Prov. Neapolitanae, Pagani, 13 exemplaria habentur. Alia alibi iacent. - Cfr O. GREGORIO in *Spic. hist.* 1 (1953) 133-134.

(5) De *Regulis austriacis* (« *die Kaiserliche Regel* ») cfr Ed. HOSP, *Geschichte der*

Nec in hoc indice referuntur editiones Regulae ac Regulae et Constitutionum antiquae vel recentiores scopo mere historico typis vulgatae (6), nec etiam editiones quae interdum inter Opera omnia S. i Alfonsi inveniuntur (7).

Seriem hanc, quae omnes editiones in archivo generali conservatas enumerat, completam esse volumus. Si tamen fratres unam alteramve omissionem advertant, enixe rogantur, ut exemplar editionis, quae nobis aufugerit, ad archivum generale mittant, aut saltem accuratam descriptionem bibliographicam nobis subministrent. - Gratias agimus iis omnibus, qui nobis iam auxilium dederunt, imprimis RP. i A. Dankelman, praefecto archivi Prov. Hollandicae. Usi sumus etiam notitiis bibliographicis, quas nobis decennium abhinc remisit defletus RP. M. de Meulemeester, decessor noster tamquam archivi generalis praefectus. Nec silentio hic praeterire licet adiutorium nobis praestitum a RP. e I. Löw, quocum semel atque iterum de bibliographia et historia Regulae nostrae locuti sumus, et qui non raro sagaces nobis communicavit observationes.

Ad nonnullas editiones, praesertim antiquiores, quasdam observationes adponimus, quin tamen historiam proprie dictam editionum Regulae et Constitutionum texere intendamus. Certo certius talis historia iam in se considerata, sed imprimis tamquam pars historiae evolutionis et vicissitudinum Regulae et Constitutionum, maximi esset momenti (8). Bibliographia haec cum adnotationibus sit contributum, quamvis exiguum, ad historiam Regulae nostrae tantopere desideratam.

Editiones in lingua originali italica ann. 1749-1854 (9), et versiones latinas in Congregatione Transalpina vulgatas ann. 1789-1849/50 (10), ac deinde post Capitulum gen. 1855 ab auctoritate centrali romana editas (11) in typis maioribus ponimus; versiones in linguis modernis (12), quae ab

Redemptoristen-Regel in Österreich, 1819-1848, Wien [1939], 16-120 et 217-315. - Allegabitur abbrev.: *Hosp, Gesch. d. Red.-Regel*.

(6) Vide bibliographiam huiusmodi editionum in Appendice I.

(7) Bibliographia in Appendice II.

(8) In memoriam revocare liceat, quod RM Buijs Instituto Historico CSSR, die 11 XII 1948 condito, tamquam primum studii obiectum adsignavit historiam et evolutionem Regulae nostrae.

(9) Editiones sunt 9: 1749 Roma, 1749/50 Napoli, 1781 Napoli («Regolamento regio»), 1782 Roma, 1791 Napoli, reimpressio posterior huius editionis, 1802 Napoli («Statuti capitolari»), reimpressio posterior horum Statutorum, 1854 Napoli. - Ambae editiones romanae (1749, 1782) reproductunt *Breve pontificium cum inserta Regula*; in editionibus neapolitanis (1749/50, 1791, reimpr. post., 1854) *Breve* non invenitur.

(10) Editiones sunt 7: Warsawa 1789, 2 edit. post 1793 (pseudo 1782), Fribourg 1826, Tournai 1834 (?), Liège 1846, Liège 1849-50 (Reg. cum Const. an. 1764). In omnibus his editionibus *Breve* reproductitur.

(11) Editiones completae (Reg. et Const.) sunt 4: 1861 (post Cap. gen. 1855), 1895 (post Cap. gen. 1894), 1923 (post Cap. gen. 1921), 1936 (post Cap. gen. 1936). - «Addenda et mutanda» edita sunt 3: 1911 (post Cap. gen. 1909), 1918 (post promulg. Codicis I. C.), 1947 (post Cap. gen. 1947). - Ter etiam editus est solus textus Regulae, scil. ann. 1861, 1922 et 1934.

(12) Hucusque typis vulgatae sunt versiones in lingua anglica (1884), danica (1943), francogallica (1865), germanica (1863), hispanica (1884), italica (1864), lusitana (brasil.) (1927), neerlandica (1868), polonica (1899), tsechica (1900).

an. 1863 ad usum Provinciarum vulgatae sunt, typis minoribus sequuntur editiones ab auctoritate romana pro tota Congregatione datas, secundum quas hae versiones peractae sunt.

1. - *Editiones vivente S.o Alfonso perfectae, ann. 1749-1782*

Quamquam non sunt nisi quattuor, de his primis editionibus plura dicenda occurrunt ad melius definienda, ea quae respiciunt tempus ac locum impressionis et typographicam officinam, sicut et quaedam editionis adiuncta ac condiciones.

1749 (1°)

(i) / [figura Petri - insigne Benedicti PP. XIV - figura Pauli] / BENEDICTUS / PAPA XIV. / Ad futuram rei memoriam. / A°D Pastoralis Dignitatis fastigium nullo licet / ... // (ii) / Operariis.../.../... videlicet : / COSTITUZIONI, / E REGOLE / Della Congregazione de' Sacerdoti / sotto il titolo del Santissimo / Redentore. / P°Oiche il fine dell'Istituto.../....// ... // (xviii) / non già... / ... / vissime cause. / Cum autem, ... / ... // (xix) / transumptis, ... / ... / no Nono. / D. Cardinalis Passioneus. / Loco † Annuli Piscatoris in Cera rubea impressi. / ROMAE, MDCCXLIX. / [linea] / Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

Non habetur propria pagina pro inscriptione; notitiae de impressione tamen indicantur in fine libelli (s.d. colophon): Romae, Typographia Rev. Camerae Apostolicae, 1749; 8° (26 x 19 cm; communiter exemplaria circumcisa sunt); 20 pp., quarum primae 19 numeratae numeris romanis in uncis rotundis inclusis (i - xix), p. [20] (ultima) vacua.

Breve latinum (pp. i-ii + xviii-xix) cum inserta Regula in lingua italica (pp. ii-xviii).

In AG conservantur 5 exemplaria, quorum 1 sub signo I A 9, 3 sub signo *Regulae* 1, et 1 sub signo SAM VI 8. - In ultimo exemplari invenitur folium adglutinatum cum notitia manu P.is Ed. Bührel, olim archivistae generalis, conscripta: « Exemplar... quod, ut fert traditio, S.P.N. Alphonsus ad suum usum habebat. *Nota*: Hoc documentum ad nos pervenit mediante R.mo P. Trapanese, qui post mortem suam illud nobis reliquit. Ita P. Schwindenhammer, primus archivista in Villa Caserta, in suo Indice archivi generalis ». Notare tamen iuvat in ipso exemplari ne minimam quidem indicationem reperiri, quod illud S.o Alfonso aut cuidam alii Patri usui fuit. Orae paginarum undequaque conterritae sunt; libellus compactus est in involucro, e corio confecto cum figura impressa in auro, etiam usu assiduo valde detrito.

Duo exemplaria ex tribus sub signo *Reg.* 1 conservatis authenticata sunt a notario et episcopo, et quidem hoc modo:

p. (xix) scriptum est post *impressum*: « Extracta est praesens copia a suo proprio originali, [ex]sistente in carta pergamena ad modum li-

bri, cum sigillo cerae rubrae munito, mihi ex[h]ibito et ex[h]ibenti statim restituto, cum quo facta collatione concordat, meliori semper salva.

Et in fidem Ego, Notarius Franciscus Anellus Zampoli de Neapoli, commorans in S.to Severino (13), requisitus signavi ».

Adest signum notarii, subscriptum: « Zampoli ».

p. [20]: « Innocentius Sanseverino U.I.Dr, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Montismarani.

Universis et singulis &. Notum facimus et verbo veritatis testamur, retrospectum transumptum Apostolicae confirmationis et approbationis Instituti et Regularum Congregationis sub titulo SS.mi Redemptoris cum originali Apostolico Brevi in carta pergamena et sigillo in cera rubra munito in omnibus concordare.

In quorum &. Datum Montismarani ex Episcopali Palatio die 2^a m. Aprilis 1749.

Innocentius Ep.us Montismarani
D. Carolus Masculus secretarius.»

Adest sigillum chartaceum in cera rubra impressum, inscriptum: « INNOCENTIUS SANSEVERINO EPUS MONTES MARANI » (14).

Exstat etiam exemplar huius 1^{ae} Regulae editionis in archivo Prov. Siculae, Palermo (15). Est authenticatum ab iisdem Notario Zampoli et Episcopo Sanseverino eodem die 2 IV 1749. In hoc exemplari verbum « quibus » (p. 1 linea 5 in textu *Brevis*) duobus lineis deletum est, sed non habetur authenticatio huius correctionis in margine (16); excepta hac correctione in omnibus tam in textu quam authenticationibus concordat cum exemplaribus in AG conservatis, in quibus nullae inveniuntur correctiones.

In Archivo Vaticano, S. Congr. Episc. et Regul., Busta Liguorini 1806, fasc. I, conservatur exemplar, quod authenticaverunt « D. Leonardus La Malfa de Neapoli, publicus Apostolica auctoritate Notarius in Archivo Romanae Curiae descriptus, et curiae Episcopalis Cavensis Cancellarius » et « Nicolaus Borgia (17), Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cavensis... Datum Cavis hac die 26 m. Martii 1755. Nicolaus Ep.us Cavensis. D. Nicolaus M. Tortorelli secretarius.» L.S. (18).

Ex his testimoniis Notariorum et Episcoporum eruitur sine possibilitate contradictionis, textum Regulae editionis Typographiae Camerae Apo-

(13) Mercato S. Severino, non longe a Ciorani. - Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 286 n. 43.

(14) Notitiae biographicae Exc.mi Innocentii SANSEVERINO in *Spic. hist.* 9 (1961) 343 n. 5.

(15) Cfr O. GREGORIO in *GH Amici di S. Alfonso* 21 (1952) 4 et in *S. Alfonso* 22 (1951) 142-143. - Exemplar ipsi vidimus.

(16) Verbum « quibus » revera superfluum est in textu *Brevis* et omittitur in editione operis *Codex Regularum et Constitutionum Congregationis SS. Redemptoris necnon Statutorum a Capitulis generalibus annis 1764, 1855, 1894 editorum*, Romae 1896, 3 (allegabitur abbrev.: *Codex Reg. et Const. CSSR*), sicut et in editionibus Regularum recentioribus.

(17) Notitiae biographicae Exc.mi Nicolai BORGIA, S.i Alfonsi et Instituti nostri amicissimi, in *Spic. hist.* 9 (1961) 276 n. 2 et 362 n. 5.

(18) Secundum copiam authenticationis, quae habetur adglutinata exemplari editionis Regulae 1749 in AG SAM VI 8 conservato. - Cfr R. TELLERÍA in *S. Alfonso* 20 (1949) 15 n. 2.

stolicae an. 1749 conformem esse textui originali in forma *Brevis* a S. Sede Congregationi nostrae dato, nunc iam diu tamen nos latenti (19). Habemus ergo in hac editione authenticum Regulae textum, qui in non paucis — licet sint puncta minoris momenti — differt a minuta Regulae in Arch. Vat. conservata (20).

Editio curata fuit a P.e A. Villani, an. 1748-49 Romae degenti propter negotium approbationis pontificiae Regulae et Instituti (21), qui 20 (non 50) exemplaria aut etiam plura conficere intendit (22), cum duplicatum *Brevis* obtinere non potuerit (23). Scopus huius editionis fuisse videtur, ut exemplaria, debito modo authenticata (24), episcopis aliisque dignitatibus ecclesiasticis exhiberi possent, quando Patres in territoriis eorum iurisdictioni subiectis opera apostolica vel etiam fundationes perficere vellent. Propositum P.is Villani, qui exemplaria Romae, iam antequam ad S. Alfonso transmitterentur, authenticata voluit, non ad effectum perductum est (25). Duo exemplaria archivi gen. et exemplar archivi Prov. Siculae authenticata enim sunt die 2 IV 1749 in Montemarano, exemplar in Archivo Vaticano conservatum vero die 26 III 1755 in Cava (26).

Certum est exemplaria huius editionis non fuisse confecta pro ministris rei publicae auctoritatis, utpote quae novum religiosum institutum,

(19) Breve originale S.o Alfonso datum in AG non adest, nec alibi hucusque inveniri potuit. - Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Origines de la Congrégation du Très Saint Rédempteur. Etudes et documents* II, Louvain 1957, 215; R. TELLERÍA, *S. Alfonso M. de Ligorio* I, Madrid 1950, 471 n. 73; O. GREGORIO in *S. Alfonso* 22 (1951) 147.

(20) Arch. Vaticano. Segreteria Brevium, vol. 3180, Bened. XIV, Febr. 1749, fol. 74^r-112^v. Varia documenta non secundum ordinem materiae et foliorum numerationis in unum fasciculum sunt coniuncta. *Breve* invenitur in fol. 74^r-74^v, 112^r; Regula in fol. 78^v-81^v, 105^r-110^v, 82^r-88^v, 98^r-100^r. - Pellicula imaginifera habetur in AG.

(21) De actuositate P.is Villani Romae pro obtinenda approbatione pontificia mensibus XI 1748-II 1749 cfr DE MEULEMEESTER, *Origines* II 198 ss.

(22) Villani ad S. Alfonso, Roma 28 II 1749; orig. in AG XXXVII A 9.

(23) « Per il duplicato del Breve, non si potrà avere, ma vedrò come si può fare » (Villani ad S. Alfonso, Roma 4 II 1749. - Ibid.). « Avuto coll'aiuto del Signore il Breve, lo farò stampare, e così non serve, né si può avere il duplicato » (Villani ad S. Alfonso, Roma 7 II 1749. - Ibid.). Post ultiores informationes P. Villani in epistula diei 18 II 1749 dicit duplicatum *Brevis* obtineri posse, sed esset nimis carum, « onde non mi pare spesa da farsi » (Ibid.).

(24) Initio P. Villani credidisse videtur, editiones Typographiae Camerae Apostolicae, etiam sine ulteriore authenticatione, pro authenticis valere. « Circa la stampa V. P. deve sapere che li Brevi li stampa la Camera Apostolica, onde anno tutta la fede le copie, ed io vedrò fare come meglio si potrà, affinché restino più avvalorate » (Villani ad S. Alfonso, Roma 18 II 1749. - Ibid.). - De Typographia Reverendae Camerae Apostolicae cfr G. MORONI, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* 69 (1854) 218 ss.

(25) « Stampati li farò autenticare, e li firmerà il P. Abbate Segretario [Gius. Muscari] col suo sugello; credo che basterà questo » (Villani ad S. Alfonso, Roma 28 II 1749. - Ibid.). - De Iosepho M. MUSCARI, cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 263 n. 116.

(26) Exemplar hoc authenticatum esse videtur intuitu fundationis CSSR in S. Angelo a Cupolo, quae die 6 IV 1755 perfecta est (cfr O. GREGORIO, *S. Angelo a Cupolo, prima fondazione estera redentorista*: *Spic. hist.* 3 [1955] 385-411). Exc.mus Borgia in modo omnino specialis cordi habebat fundationem CSSR in regione de Benevento, secundum testimonium P.is A. Villani (Ibid. 392). - Ponimus quod hoc exemplar an. 1780 ab archiepiscopo de Benevento a PP.bus acceptum et postea ad S. Congr. Episc. et Regul. transmissum est, ut infra dicitur, ubi de editione Regulae an. 1782.

ab ipsa non approbatum, non agnovit. Nec etiam destinata erant usui sociorum ipsius instituti, pro quibus S. Alfonsus sequentem manualementem editionem conficere curavit.

1749 (2°)

I / COSTITUZIONI, / E REGOLE / *Della Congregazione de' Sacerdoti / sotto il titolo del Santissimo / Redentore.* / P^oOichè il fine dell'Isti-//...//...// 28/ ste Regole, e Costituzioni non indu-//...//sime cause.

Non habetur pagina propria pro inscriptione; [Napoli, Alessio Pellicchia, 1749]; 24° (11 x 5,5 cm); 28 pp. numeratae.

Regula in lingua italica sine *Breve*.

In AG sub signo *Regulae* 2 conservantur 2 exemplaria. In exemplari sub signo *Reg.* 2^a exstanti invenitur in scida vacua anteriori involucris notatum: « Del Rett^e Magg^e ». Aliud exemplar conglutinatum est cum aliis 5 libellis ac quibusdam paginis manu scriptis et aliis vacuis in parvo codice, qui ad usum erat P.is Emmanuelis Ribera (27). In epistula P.is Franc. X. Pecorelli ad RM Mauron, Napoli 15 III 1868, legitur eum codicem a P.e Ribera accepisse, ut transmittatur Superiori Generali (28).

Quamquam editio quavis anni, loci et typographi-editoris indicatione careat, assignanda tamen videtur Alexio Pellicchia, typographo-editori neapolitano, qui ca. an. 1750 nonnulla opuscula S.i Alfonsi typis vulgavit (29), et quidem anno 1749/50. - En argumenta quibus nititur haec nostra opinio:

Iam ante confectionem *Brevis* pro approbatione *Regulae* (25 II 1749) P. Villani S.o Alfonso communicavit intentionem suam esse, post impressionem *Brevis* etiam *Regulas* in forma minori typis dare Romae (30). S. Alfonsus tamen respondit ei (31), se editionem minorem Neapoli perficere velle, et rem iam quodammodo composuit, sicuti legitur in epistula ad Abbatem Muscari diei 20 III 1749, in qua etiam exemplar editionis *Regulae*

(27) RIBERA Emmanuel; *8 III 1811 Molfetta (Apulia); *vest.* 4 VI 1830, *prof.* 26 V 1831, *sac.* 14 III 1835 Nocera; mortuus est Neapoli mense XI 1874, sed dies in fontibus et biographiis diversimode indicatur: 8 et alibi 10. Diem 8 XI 1874 habent Cat. I 66 (« la sera dell'8 Novembre 1874 »); Cat. II 333; *Catalogus CSSR 1884*, Roma [1884], 161; A. DI COSTE, *Compendio d. vita del ven. S.d.D. P. Emm. Ribera*, Materdomini 1912, 284 (« Erano le sette e mezzo circa p. m. del giorno 8 di Nov. 1874 »); *Compendio d. vita del S.d.D. P. Emm. Ribera*, Valle di Pompei 1893, 41; O. GREGORIO in *Encicl. Cattol.* X [1953] 847; G. ANTIGNANI, *Lettere inedite del ven. Em. Ribera*, Salerno 1945, 8; S. SCHIAVONE, *Biografie dei Redentoristi Napoletani più ragguardevoli...*, Pagani 1938, 60; M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie...* II, Louvain 1935, 349. Dies 10 XI 1874 habetur in *Processu Beatif. et Canoniz. Positio super Introductione causae*, Roma 1912, 13; *Catalogus CSSR 1948*, Roma [1949], 7; *Catalogus CSSR 1955*, Roma [1956], 15. - De *Processu beatificationis* cfr. *Spic. hist.* 7 (1959) 394-395.

(28) Originalis epistula P.is Pecorelli in AG XVI D 58.

(29) Cfr O. GREGORIO in *Spic. hist.* 4 (1956) 181.

(30) « Avuto coll'aiuto del Signore il Breve, lo farò stampare... e dopo farò stampare in piccolo le Regole... » « Ed io penso fare stampare qui le Regole..., perché per ora in Napoli sarà difficile ». - Villani ad S. Alfonsum, Roma 7 II 1749; orig. in AG XXXVII A 9.

(31) Responsa S.i Alfonsi ad 25 epistulas P.is Villani, ex Roma diebus 2 XI 1748 - 28 II 1749 ei scriptas (AG XXXVII A 9), non ad nos pervenerunt.

rum sibi expetivit casu quo P. Villani ulterius Romae remanere deberet, et quidem ut ex hoc exemplari editionem minorem Regulae curaret (32).

Quod S. Alfonsus revera Alexio Pellecchia Regulae editionem demandavit, eruitur ex sequenti petitione typographi pro « imprimatur », curiae archiepiscopali neapolitanae delata et die 19 V 1749 censori ecclesiastico transmissa, qui die 23 VIII 1749 positivum responsum dedit (33).

Eminentissimo Signore

Alessio Pellecchia umilmente supplicando espone all'E.V., come desidera dare alle stampe le Regole della Ven. Congregazione del SS. Redentore di Sacerdoti Missionarj insieme coi loro Statuti, et altre operette spirituali e appartenenti alla detta Congregazione. Pertanto supplica l'E.V. a rimetterne la revisione a chi meglio le parerà; e l'avrà a grazia &

Dominus Canonicus Savastanus U.I.D. reveidat et referat. Datum Neapoli, hac die 19 Maji 1749.

Julius Nicol. [Torni] Episc. Arcad. (34).
 Censor Deputatus

Eminentissimo Signore

Per ubbedire a' veneratissimi ordini dell'E.V. ho riveduto ed esaminato le Regole della Ven. Congregazione del SS. Redentore di Sacerdoti Missionarj, insieme con i di loro Statuti, Avvisi per la vocazione, e Riti per ricevere i Novizj &. E non vi avendo trovato cosa che non sia in tutto conforme alla dottrina sana e allo spirito della Chiesa, stimo, se così parerà a V.E., che si possano dare alle stampe.

Napoli, 23 Agosto 1749.

Di V.E.

Umiliss. ed Oblig.mo Servitore
 Canonico Ignazio Savastano

In petitione sua Pellecchia revisionem rogat non solum Regulae CSSR sed etiam Statutorum « et altre operette spirituali », quae in iudicio censoris ulterius ad non penitus determinantur: « Avvisi per la vocazione, e Riti per ricevere i Novizj & » (35).

(32) « Queste [= le Regole] (già ho appuntato e già l'ho scritto al P. Villani nell'ultime mie lettere) le farò stampare poi in Napoli in picciolo e corrette. Se mai si avesse da trattenere D. Andrea per altro tempo, mi potrebbe mandare uno dei Brevi stampati colle Regole » - *Lettere di S. ALFONSO I*, Roma [1887], 162.

(33) In eodem folio inscriptae sunt: petitio typographi, remissio ad censorem, iudicium censoris. - Orig. in AG SAM III 215.

(34) Exc.mus Iulius Nicolaus TORNI (vel TORNO), bapt. 16 V 1672 Napoli, sac. 2 IV 1695, episc. tit. de Arcadiopoli a die 7 XII 1744, † 1756. - Cfr R. RITZLER - P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi VI* (1730-1799), Padova 1958, 96. - Nomen Exc.mi Torni occurrit in omnibus S.i Alfonsi biographiis; pluries iam de eo in his foliis.

(35) Ordo sumendi habitum CSSR, simul ac Ordo faciendi professionem CSSR, quantum scimus, 1^a vice prelo dati sunt an. 1856 (cfr O. GREGORIO in *Analecchia CSSR* 20 [1948] 22; etiam I. Löw in *Spic. hist.* 4 [1956] 222). - P. Villani initio hos Ordines adnexos Regulae in forma minori Romae prelo dare voluit et in epistula diei 7 II 1749 S. Alfonsum rogavit, ut sibi hos Ordines mitteret: « ...onde aspetto la formola dell'oblazione e le preci così nell'ammettere i giovani, come nel fare l'oblazione... onde mandate la formola dell'oblazione et il modo di ricevere ecc. ». (orig. in AG XXXVII A 9).

Propensi sumus ad opinionem, opuscula illa, quae nec in revisoris iudicio nominatim enuntiantur (« ecc. »), habenda esse ea quae in superius indicato parvo codice P.is Ribera inveniuntur, excepto uno quod habet propriam paginam pro inscriptione cum anno editionis 1763 (36). Alia 4 opuscula, ab ipso S.o Alfonso composita, quae — sicuti Regulae editio — propria pagina pro inscriptione carent, sunt: *Avvisi spettanti alla vocazione religiosa* (pp. 1-47), una cum *Considerazioni per quelli che son chiamati allo stato religioso* (pp. 48-108; 15 considerationes et in fine, pp. 107-108: « Orazione ricavata da S. Tommaso d'Aquino ») (37); *Alcuni brevi avvertimenti per la Lingua Toscana ricavati da Salviati, dal Buommattei, dal Facciolati, dal Majello, dal Cinonio e da altri. Si aggiungono in fine le quattro regole principali dell'Aritmetica* (pp. 1-47) (38); *Conforto a Novizj per la perseveranza nella loro vocazione* (pp. 1-28) (39); *Avvertimenti a' Confessori novelli del R.P.D. Alfonso de Liguori* (pp. 1-12) (40).

Omnes hi 4 tractatus iisdem typis impressi sunt ac *Costituzioni e Regole*, quae 1° loco in codice inveniuntur, et iisdem sunt qui in 1^a editione opusculi intitulati *Visita al SS. Sacramento*, quod an. 1749 apud Alexium Pellecchia prodiiit (41), adhibiti sunt.

Typi ergo antiquae editionis minoris Regulae sunt ii quibus Pellecchia utebatur an. 1749, eodem itaque anno quo S. Alfonsus impressionem Regulae Neapoli fieri desideravit et ipse Pellecchia petitionem ad imprimendi veniam impetrandam curiae detulit; ex quo cum sufficienti certitudine deduci posse videtur, editionem nostram — sicut et aliorum 4 tractatum codicis P.is Ribera — an. 1749 (ad ultimum an. 1750) apud Pellecchia confectam esse (42).

Assignatio parvae editionis Regulae prelis typographi Pellecchia et quidem an. 1749-1750 confirmatur sequenti argumento. Pellecchia saltem ante

(36) COMPENDIO / DE' PRIVILEGI, GRAZIE, / ED INDULGENZE / Concesse dalla felice memoria di / BENEDETTO XIV. / Alla Congregazione del SS. RE-DENTORE. / Anche per Comunicazione &c. / [ornamentum] / IN NAPOLI (1763. / Presso GIUSEPPE DI DOMENICO. / Con licenza de' Superiori.

24° (11 × 5.5 cm), 30 pp. numeratae. - Est prima privilegiorum CSSR compendiosa editio.

(37) Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie générale des écrivains rédemptoristes* I, Louvain 1933, 73 n. 14. Editio tamen in codice P.is Ribera conservata, et a P.e De Meulemeester 2° loco posita, prior esse videtur editioni ab eo 1° loco posita. Haec enim editio 234 pp. assumpsit tractatum *Conforto*, qui in codice P.is Ribera paenultimo loco habetur ut tractatus separatus 28 pp. Tamquam editio separata tractatus *Conforto* apud DE MEULEMEESTER non invenitur.

(38) Apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 74 n. 15. - Editionem recentem primae partis huius opusculi (*Avvertimenti per la lingua Toscana*) curavit O. GREGORIO in S. ALFONSO, *Opere ascetiche. Introduzione generale*, Roma 1960, 103-115.

(39) Vide supra notam 37.

(40) Apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 85 n. 25.

(41) Apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 56, n. 7. - DE MEULEMEESTER, l.c. 73 n. 14, putat typos libelli *Avvisi* eosdem esse ac 5^{ae} editionis opusculi *Visita al SS. Sacramento* an. 1754 Neapoli apud Benedictum Gessari impressae; collatione accuratissima leves differentias non paucas detegimus praesertim in litteris grandibus.

